

benefacite eis, qui oderunt vos, & qui vos persequuntur. *Auctor recens.*

Primi ira motus ja gulandi sunt, ac ad ultionem uique procedant.

Turbæ, & sollicitudo uis uis querentium.

Non ulciscitur argumentum est autem magis. *Rom. 12.*

Non ulciscitur sed contra inimicum di-

est inimicus solum Christianorum. Præceptum quod nobis interdicit ultionem apertissime nobis, ac vehementissime significatum fuit: *Dixit enim antiquus, idem Saluator ait, diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros.* Effene potest mandatum apertius, ac fortius? Hoc nonne est omnino prohibere ne quis, quovis modo, ulciscatur? Amare illos, qui nos amant, ac de nobis benemerentur; si hoc tantum a nobis Saluator exegisset, nos cum Publicanis, Ethnicisque confudisset: Sed præcipiens ut nostros diligamus inimicos, atque ultionem interdicens, nos in discipulorum suorum ordine constituit. *Pater la Pesse.*

Difficile est Fideles sue Religionis præceptis imbutos posse rogare Deum, ut sibi sua dimittat scelerata, quin simul cogitent, quo pacto illi se gerant cum inimicis suis, & timeant, ne suam damnationem petere videantur, si adhuc ultionis desideria foveant in corde. Undenam hæc oritur diffidentia, & hic timor? proculdubio ex prohibitione, qua Deus cavit, ne ulcisceremur, & ex naturali præjudicio, quod omnibus nobis est; Deo uni Jus esse, atque auctoritatem ulciscendi, atque nos ipsos. Quæ igitur audacia vestra est, spiritus ultionis cupidi, irremediabiles inimici, audere, Deum precari, ut vestra uobis debita dimittat, cum intra vosmetipsos meditamini quomodo valeatis de inimico penas recipere? Quomodonam autem Divinam implorare misericordiam, cum interea ignem flammæque evomitis præ furore, quo ultionem persequi cupitis? Potestisne igitur aliquam a Deo gratiam repetere, donec feruente uobis est cor erga proximum vestrum? Nullo charitatis sensu commoti per summam impudentiam acceditis ad thronum Dei? Sed eo in statu, in quo estis, quid assequimini? Tantum abest, quod aliquam gratiam mereamini, ut immo cumulum sceleribus vestris adiciatis. *Pater la Pesse, & Auctor recens.*

Conferamus, queso, paulisper, detrimentum, quod ulciscens recipere potestis, cum illo, in quo incidere potestis repentes ultionem illatæ uobis iniuriæ. Ultionem deserentes Mundus fortasse uos insinulabit ignavia, stupiditatis, & jacture, si lubet, honoris, Sed malum, quod proximo vestro inferre meditamini, comparare potest cum malo, quod ab ita Dei uobis est expectandum? Nonne furor est: velle damnari, potiusquam ire sensum jugulare? Terrensus Rex, Sanctus Chrysostromus inquit, omnem cohiberet ultionem meritis militandis; frustra vero militatur Deus æternam exitum ultionem querentibus? Ultores, Dei minæ in iritum minime cedent; vos quidem ulciscimini; sed Deus ulciscetur. Perpetam inimico vestro licet nullis innoxiam argumentis intentatis; & Deus in æternam dabit infelicitatem. Hominis uis exillimationem perdetis, qui fortasse nihil obtulit uobis; & Deus vos æterna sustulit ignominia. Efficietis, ut accola, quem odistis, domo sua, & patria etiam fortasse cedat; Deus autem uobis cœli aditum obstruet. *Pater la Pesse.*

Quæ turbæ, quæ mala non in privatorum dumtaxat familiis, verum etiam in Provinciis, regni-que contingerent, si cuilibet fas esset ulcisci; non enim hic agitur de privata re civium aliquorum, sed de re publica Mundi totius. Si uobis liceret ulcisci, ille, de quo ultionem repocistis vicissim non cessabit, quominus priori recentem adiciat contumeliam, ut vos poeniteat mali, quod illi rependistis. Ita in dies ingravescent inimicitia: domorum negotia secundum cognationum, & familiarum latitudinem totam fortasse urbem inflammarunt, & post unius familiae interitum, tota interire poterit provincia. Equissimum igitur jure factum est, ut adorabilis Dei nostri Providentia voluerit, ut bonum omnium generatim necessarium haberet nexum cum bono cujuslibet privatim. Merito igitur infinita ejus Sapientia ultionem prohibuit; qua privatorum calamitas facile post se publicam trahit calamitatem. Justissima ergo de causa Deus frangere voluit intelici huic cupiditati, qui nos impellit, ut pro malo malum retribuamus; quia offensionem sequi postulat, & ultio postea in infinitum procedere. *Pater la Pesse, & recens Auctor.*

Homo homini insultrat, insigni illum afficit contumelia, fortasse etiam, qui injuriam intulit contempnibilior, & nequior illo est, cui illata fuit; Servus negotium alteri suo fecisset: Ecce quare te ipsum perdere vis, perdens inimicum ultione tua;

ligere, scilicet Christianos ab illis Religionibus.

Quoniam impudens sit rogare Deum, ut nobis pacem cum inimicis nostris dimittat.

Quoniam periculosus sit ulcisci, quænam cogi possit, ut iracundiam nostram jugulemus.

Quam rem turbationis in mundo gliscerent si cuilibet ulcisci liceret.

Subiiltes spiritus ultionis.

neque enim, si recte intelligatur, homo est, quem lacellis uicicentis; sed ipse Deus a quo esse, & vivere accepit. Ab hoc petis quod tibi, ut tibi dimittat debita tua, sicut tu dimittis aliena; ergo perjurus es, cujus oratio potius irrisio est a te Creatura tuo facta, quam oratio. Quoniam est audacia tua, abiecta creatura, ut ita velis de fratre tuo ultionem fumere ob leve detrimentum, quod accepisti, cum Deus te adhuc pariter post tot flagitia, quibus Majestatem illius dedegorasti. Esto etiam, homo ille, qui te afficit contumelia, tuis cumulatus fuerit beneficiis, & tu sexcentis de illo per tum bene meritis fueris; sed numquid ille tantum te amare tenetur, quantum tu ipse teneris diligere Deum, & obtemperare illi, illi, inquam, qui palam præcepit tibi, ut parceres? Respicite igitur, & animadvertite in uria te putare, penes te jus esse penas repetendam a fratre tuo propter levissimum quamlibet acceptam injuriam; cum noluerit Deus illas fumere de te, qui decies centena criminum millia patraffi contra illum. *Auctor recens.*

Christianum temper in iuriis de fratribus suis sumit ultionem cum in rebus non sumat de injuriis quibus afficitur.

Validissima ratio, quæ nos, cogi possit, ut iracundiam nostram jugulemus.

Quæ mala in mundo gliscerent si cuilibet ulcisci liceret.

Subiiltes spiritus ultionis.

gnum est, pati sine ulla emozione malum, quod communes animas turbat, & quidquid ægritudinis contempnibiles, abiectaque animæ nobis parere possunt: quia gloriosum est ostendere, nos minime concuti his cupiditatum fluctibus, qui turbare consueverunt mortales male institutos; & nos ab illis adeo abhorre, ac taliter inimicis nostris præcellere, ut illius jacula, ad nos uique ne pertingere quidem valeant. Hæc yanitas nonne videtur proficere, ut ab omni ultione ablineamur? Ita sane: verum hæc satis crudelis est ultio, licet dissimulata. Hic enim ultionis cupidus, qui talis videri non vult, non dignatur cum illo versari, & consuescere, quem odit, hunc videre non potest; huic terga vertere adfectat, simulac eminus illum prospicit; eumque tamquam si numquam cognovisset intuetur: cum eo agit tamquam cum homine pretii nullius; simulat etiam nihil sibi esse cum illo. Quo nomine hoc appellabitur, si ultio non est? Malignum hoc trigus, superba hæc stupiditas dici ne potest Christiana Charitas? *Pater la Pesse & recens Auctor quidam.*

Ne putetis istic nobis ob sublinare, afferentes vestrum in gratiam reditum sincerum esse: vos nemini malum optare. Scimus invidiam, & per intervalla vobis elabi verba quædam aculeata, acerbasque irrisiones. Haud nos latet, vos nullas prætermittite occasione aduersus inimicos vestros aliorum odia excitandi, negotium illis læstendi, ubicumque iracundie vestre fucum aliquem valeatis allinere. Sape narratis ea, in quibus vos inimico vestro superiores fuisse gloriamini in simulata hac gratiæ reparatione; quomodo illi ex mutuo consensu veniam petierit. Contenditis omnibus in rebus illis incommodare; proprius omnia eorum veritatis, veteremque contentionem instauratis, ubi aliquid ipsum peccasse arbitrari. Si hæc vera est reconciliatio, & non simulata ultio: profecto nescio quoniam alio modo ulcisci consueverint illi, qui sub externa charitatis specie saxillimum proximi sui odium abscondunt. *P. la Pesse.*

Quinam fieri potest, ut oblatione qua frangimini, de inimico ultionem sumentes, magis afficiamini, quam timore, ne de vobis ulciscatur Deus? Num vobis igitur stat, perdere potius animam vestram quam oblivisci injuriæ, quæ fortasse contentiæ est, & quæ ita vobis contempnibilis videretur, ut ne levem quidem animi vestri perturbationem mereatur, si eo modo, quo Christianus decet, loqueremini? Igitur adrenuntiat celestis hæreditati, dummodo penas sumatis obinuriam, quæ plurimum conferre possit vestre sanctificationi, & saluti, si eam in rectum usum convertere velletis. Difficile est intellectu, quomodo pro honoris summa, quæ inane nomen est, quomodo pro re quapiam, quæcumque tandem illa sit, possitis animas vestras negligere, & vosmetipsos eo usque odisse, ut propter leve aliquid dampnam a fratribus acceptum subire velitis periculum, ut a Deo in omnem æternitatem reproberimini. Fatendum tamen est, cæcitatem vestram huc usque procedere, quandoquidem per mutuas inimicitias, per inextinguibilem ulciscendi libidinem nullo in discrimine habetis terribilem Dei ire in vos irritati ultionem, quæ prope est ut in caput vestrum dilabatur. *Pater la Pesse, & recens Auctor.*

Ultionis cupidi, qui sub externa adfectata reconciliationis specie altis in cordibus vestris hoc virus ultionis, quod vobiscum periturum non est; quam vobis de vobismetipsis diffidendum est in adeo terribili negotio; ubi non agit de re nullius momenti, sicut arbitramini, agitur enim æterna salus animarum vestrarum. Tamen conscientia vestra quefcit, dummodo extremis labiis parcatis inimico, ad quem furor vestro sacrificandum estis parati, ubi primum propitiæ nacti fueritis occasionem. Numquid non timetis terribiles minas, quas intentavit Deus similibus vestri, qui hoc ultionis monstrum obfessi sperare nequeunt se habituros partem cum Deo hoc misericordiam, qui illam mortalibus omnibus interdixit? Si fratri vestro non parcatis, quid a iustitia Dei expectare potestis? Nihil istic medium est, vel parcendum est inimico, & omne ultionis desiderium jugulandum est, vel opus est, ut anima, quæ toto vitæ spatio inflammata fuit desiderio ulciscendi, teneat se hoc eodem igni combustum iri per omnem æternitatem. *Recens auctor.*

Quor ambiguis ultio, ut si nos affligatur.

Quæ excruciatas sit pro cupiditate ulciscendi animas suas perdet.

BIBLIOTECA CENTRAL U.S.A.N.L.

# A M O R.

## ET CHARITAS ERGA PROXIMUM.

### M O N I T U M.

**I**llud primum in hoc argumento notandum occurrit, Amorem Proximi, Charitatem, qua illum complecti jubemur, plurima comprehendere officia, qua unico Sermone pertractari non possunt, cum singula satis assuetam materie copiam suscipiant, ut integra concio expleatur. Hoc igitur in loco de charitate erga Proximum verba facturi sumus generatim tantummodo sumpta; alioquin cum ex Apostoli sententia precepta quaecumque nostram cum proximo vivendi rationem respiciunt, ad hoc unum redigantur, qui omnes huius partes complecti, eaque singillatim persequi vellet, ne ille quidem argumentorum omnium latissimum, atque diffusissimum pertractandum aggresseretur. De inimicorum dilectione, correctione fraterna, aliisque erga Proximum charitatis officiis singillatim loco suo pertractabimus, atque ad dicendum superfluum orationem adferemus; hic vero nobismetipsis eos cancellos constituitur, ut de solo fratrum diligendorum precepto, hoc est de ea sincera dilectione, qua illos persequi tenemur, & ardua, insuperabilem necessitate eosdem semper fratrum loco habendi verba faciemus.

Alterum vero notandum haud abs re puto, hanc scilicet virtutem seorsum nequaquam posse neque ab iis rationibus, quae nobis illam exercitibus debent observari, neque a mediis eandem acquirendi, neque ab officiis, quae Proximo praestare debemus, ita ut quemadmodum de illa sermonem nequid institui, quin vicia eidem opposita ostendantur, ita fieri nequaquam possit, quin haec omnia licet obiter, & generatim attingantur, quin tamen aliqua particularis species ex professo tractetur; neque contineamus orationem vel de Eleemosyna, vel de iniuriarum venia, vel de Obprobriatione, vel de temerario iudicio, licet haec omnia charitatem respiciant.

### P A R A G R A P H U S P R I M U S.

*Multiplex Concionum de Charitate erga Proximum systema.*

**I.** Pro textu, atque divisione Concionis illa a sumi possunt Apostoli 1. ad Corinth. 13. verba: *Charitas patiens est, benigna est; atque in parte priori ostendit; in hoc positam esse charitatem, ut feramus in proximo, quidquid ab illius amore nos divellere posset, si ex solo natura, vel rationis eriam sensu ageremus; in altera vero, virtutem eandem in eo consistere, nequam nos patienti occasione proximo tribuamus. In exordio charitatis supra ceteras virtutes bona explicari possunt, eaque elogia asserri, quibus Scriptura, Sanctique Patres eam decorant: veluti cum ajunt hanc totius Christianae perfectionis fundamentum esse, ac vinculum, quo omnia in statu suo continentur; hanc a Dei Filio testamenti Apostolicam relictam fuisse postrema ea conclone, quam ad ipsos habuit; ipsamque voluisse, ut hic esset character, quo Discipuli sui a ceteris hominibus distinguerentur. Verum cum amor non in corde tantum debeat includi, sed extrinsecus eriam sese prodere factis, haec sunt rationes (illae videlicet, quas supra memoravimus) omni plane ambiguitate carentes.*

**Prima** autem, quae primum punctum constituit, est pati, *i.* personales proximi defectus, eius inaequalitatem, imperitiam, asperitatem, inluavitate, *2.* iniurias, vel injustitias, quas nobis inferri, & quas licitis rationibus prohibere non possumus. Latius hic sermo institui potest de delicato hominum ingenio, qui ultro, citroque pati nequeunt vel minimum aliquid, quo se ledi putant; ac ostendit, charitatis esse, quantum fieri potest, proximi facta excusare, modo quod laedendi mens illis non fuerit, modo quod inscipienter id fecerint, & ex errore magis, quam ex prava voluntate peccaverint. *3.* Ingrati animi vitium, infidelitatem, ea eriam mala, quae minus excusari posse videntur, & quae magis obstruere, ideoque animi nostri impetum frenare, ac proximum, licet nosoderit, amore complecti; ita ut ubi in naturalibus amicis amor amorem conciliat, in charitate christiana odium, quo Proximus nos persequitur, ratio fit, propter quam majori illam affectione persequamur, atque illius misereamur, eundem vitio adeo recte rationi adversant videntes obnoxium.

Alteram christianae charitatis nota, quae alteram concionis partem constituit, hac est, ne cui nos ferendi occasionem praebeamus. *Charitas benigna est;* quod quidem assequemur, *i.* si ea diligenter evitabimus, quae proximum laedere valeant; neque putabimus ea minimi esse momenti, ac flocci facienda, sed eadem ex nobismetipsis exstirpabimus,

saepe enim, quod nos leve censemus, alios graviter laedit: *2.* si omnes proximo gratificandi occasiones, ac malum bono vincere queramus: *3.* si eas, quae forte a nobis illatae fuerint iniuriae, reparabimus. Praeter ceteris nunquam nobis est oblivioni tradendum praecipuum illud charitatis praecipuum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Alia Concionis delineatio ea omnia colligit, quae de Charitate aptiora, atque utiliora dici possunt est, *1.* ostendere necessitatem, qua generatim proximum amare tenemur; *2.* officia, ad quae hoc amore obligamur.

Pars Prior. Necessitas proximum diligendi innuitur primo explicito Domini precepto, cujus aequitas, utilitas, ac necessitas possunt ostendi; ubi ob oculos proponendum est; hoc peculiariter esse JESU CHRISTI preceptum, mandat novum, & quibus de causis. *2.* Rationibus, quae Proximum nobis amabilem exhibere debent, nulla quamvis ipsi bona qualitas naturalis insit, quae affectionem nostram promoveat. Ipse factus est ad imaginem Dei, cujus similitudinem gerit; Filii Dei sanguine redemptus est; & Deus illum eo usque dilexit, ut pro eodem vitam suam traderet. Praeter naturae similitudinem, quam habet nobiscum, habet quoque similitudinem gratiae a nobis longe majori habendam in pretio; eidem, ac nos, fini est destinatus, nobis fidei, & religionis vinculis, eorumdemque Sacramentorum communione conjunctus adheret.

Posterior pars. Charitatis officia generatim ad haec duo referuntur. Primum alteri damnus ne inferatur; quod explicatur per ea, quae in prima ad Corinthios Epistola cap. 13. scribitur. S. Paulus enumerat. Alterum, ut illi optemus, & pro virtutibus omnia procuremus bona; illius negotia loveamus, eius saveamus utilitatem; si quid boni eidem acciderit, laetemur; contra vero si quid mali, condoleamus, eaque solatium, atque operam feramus; atque ut ne verbo expeditam esse quidquid boni pro virili parte possimus, seu temporale sit, seu spirituale, sponte, atque hilariter asseramus. Opera misericordiae utriusque speciei satis cognita sunt, eaque leviter, obiterque attingere haud abs re fortasse videbitur.

Pro Concionis de Fraterna charitate argumento, ac divisione duplex hac assumi potest veritas, quarum probationes faciles sunt, atque perspicuae.

*1.* Quicumque fratrem non amat, ab hoc Deum vere non diligit; quamcumque praetextat causam, ut suae vel non satis exaiae dilectioni, vel odio suo, quo in illum astitat, a quo se laxissimum esse existimat, & quamcumque sibi adesse rationem

putet, ne fratrem diligat: duplex enim haec charitas erga Deum, & Proximum sibi invicem coherent, atque altera ex alterius mensura aestimatur. Ad haec Dei mandat fati apertum est &c.

Alteram; Deum reciproco amore eum prosequi minime posse, qui fratrem suum oderit, vel eundem non dilexerit; nam praeterquamquod harum veritatum altera consequatur alteram; arcibus inter se nexibus conjuncta sunt; ac Deus haec semper conditionem suae gratiae subsernit, quae ab ejusdem amicitia seorsum nullatenus potest.

**IV.** Evolvit, & enucleari ea possunt officia, quibus charitatis christianae praecipuum nos subijcit.

*1.* Ut Proximum in JESU CHRISTO diligamus, hoc est dilectione sancta, & vera, cujus hic finis fit fratrem virtutibus ornatiorem educere, eique quantum in nobis est, aeternam felicitatem procurare, eidem ut seise sanctifice & consilia, & auxilia praebeamus; ita enim unanimi consensu a Sanctis Patribus explicatur.

*2.* Ut illum pro JESU CHRISTO diligamus, hoc est propter amorem, quo Salvatorem prosequimur, hunc in fratribus confederantes, ac illi omne procurantes bonum hoc animo, quasi Salvator nostro praestemus; ubi latior ad dicendum campus aperitur: quod ante ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

*3.* Denique ut illum amemus, quemadmodum eum JESUS CHRISTUS ipse dilexit, qui omnia fecit, omnia passus est, omnia propter ipsius amorem suscepit. Hoc sane est charitatem ipsam ad altissimum ipsius cumulum provehere; ea non solum quae precepti, sed quae consilii sunt, etiam observantes.

**V.** Dei Filius, qui severe adeo precepit, ac saepe amorem Proximi commendavit, docuit etiam qua ratione hic a nobis esset amandus; quod ipsum nobis Concionis argumentum potest suppeditare. Haec enim ratio generatim tria spectare potest exempla, quae nobis tria officia demonstrant.

Proximum nostrum diligere eo amore, quo nosmetipsos amamus: *Dilige proximum tuum sicut te ipsum.* Matth. 22. Hoc sane plura complectitur; praesertim vero significat, quemadmodum amor, quo nosmetipsos amamus, ceterorum maximus, fortissimus, ac potentissimus est, similem esse debere nostram erga Proximum charitatem.

Alterum est illum diligere quemadmodum nos ab illo diligimus cupimus: *Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Luc. 6.

Tertium illum amare, quemadmodum a JESU CHRISTO amati fuimus. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Scis autem quomodo nos dilexerit Deus &c. *De sumptis ex P. Neveu in Christianis Considerationibus Joann. 15.*

**VI.** Pro concionis argumento, ac partitione assumi possunt praecipue qualitates christianae erga proximum charitatis.

*1.* Supernaturalis esse debet in fine, quaecumque enim proximum praestamus ad illius salutem sunt referenda.

*2.* Universalis esse debet in extensione; scilicet christiana charitate omnes homines sunt diligendi quocumque illi sint, quocumque regionis, fortunae, conditionis, dignitatis &c.

*3.* Constantis esse debet in duratione; nunquam enim ab amore cessandum, licet proximus nobis odii, ac simularitatis tribuat occasionem.

**VII.** Charitas vult ea nos Proximo praestare, quae amor proprius nobismetipsis facere suadet. Sedulo ea quaerimus, quae ad nos pertinent; vite huius commoda, utilitatem, honorem; illa summa sollicitudine appetimus; si quis illi obstitit, ira concipitur; si quis abstulerit, moerore gravissimo obruitur. Ad erga proximum omnino oppositum accidit; nulla tangitur cura sine quid boni, si mali cedat, immo inflexibiles sumus, invidi, & maligni. Ad charitatem, uti dictum est, docet, ut his omnino contraria operemur: vult in nos duribus condoleamus, & gaudeamus, si quid ipsi feliciter cesserit; vult, ut ipsorum minimas etiam res cordi habeamus, ac saepe in eorum gratiam aliquod de iure nostro concedamus. Haec sunt charitatis consilia; ubi duplicem considerare possumus utilitatem, quam illi percipiunt, qui ita affectibus suis dominantur, ut eadem exequi va-

leant. Inde autem duo concionis puncta possunt efformari.

Punctum primum. Id si fecerimus, metuendum non est, ne per excessum delinquamus; ac opera nostra facile iustos cancellos praetereant, veluti cum de nobis agitur; *1.* limites enim praescripti, ubi pro nobismetipsis agitur, multo sunt angustiores, quam cum proximo inferimus; neque alicui unquam Sancto viro probro versum est, si quid in aliorum prodest gratiam, quod sibi metipsum licere non credidisset, quin nimis sibi blandiretur.

*2.* Haec facilitas, & largitas generalis, atque fratribus omnibus communis ex aliqua passione oriri non potest; passio autem illa est, quae elicit, ut adeo facile modum negligamus, ubi de nostra agitur utilitate, vel eorum, quibus vel sanguinis communionis, vel alio quopiam naturali, & peculiali nexu sumus conjuncti; qui ut plurimum ex philantropia proficiscitur.

Punctum alterum. Metuendum non est, quin opera nostra meritiora non sint, & ad aeternam salutem consequendam inutilia; quod ut plurimum accidit, cum commoda nostra nimia sollicitudine quaerimus. Quaerere requiem suam, voluptatem, fortunam, gloriam, licet etiam hac in re in nullum impingeremus extremum, quod ex se vitiosum videretur, quidnam adeo supernaturaliter invenitur? At rebus in istis pro fratribus suis esse sollicitos, & ea angere cura, quam nobismetipsis nequaquam licere arbitramur; mortificatos in his omnibus, quae ad nos pertinent, erga alios suos esse, atque indulgentes; quidquid illis placere potest, praertere, cum aliunde neque minime fit; hoc sane nonnisi ex supernaturali principio, & ex generoso amore, quem voluit JESUS CHRISTUS Christianorum notam esse, ac proprium characterem, potest oriri.

Quid sit amare, ut Christianum decet; & Charitatem supernaturali diligere.

*1.* Amare est id, quod in se nihil habet amabile, ideoque amare Proximum, licet imperfectum, ingratum, infidelem, proditorem; quemadmodum in fide id credimus quod ratio comprehendere nequit; & nunquam vididit Fides est, quam cum obcurrit; ac plurimi obices saperandi sunt. Dilectione persequi, ac lenes, suaveque seise prebere erga illos, qui in nos severi, durique sunt, velle, & facere bene illis, qui nobis, & volunt, erga illos male, hoc est amare, uti decet discipulum illius, qui nos adhuc peccatores dilexit, ac se ipsum tradidit pro nobis: *cum adhuc peccatores essemus.*

*2.* Licet plurimos in fratribus defectus deprehendamus, aliquid tamen in ipsis amabile invenire, errata excusare, quod in ipsis minus erroneum est invenire, & matres imitari, erga filios suos, industrios, & indulgentes oculos habentes; praesertim vero spectare supernaturalem, ac verum finem, qui in his omnibus rebus nos dirigit, in Proximo Dei imaginem contemplari; eam intueri partem, quam in eadem obtinuit redemptionem, vocationem illius ad eundem finem pertinentem, praedestinationem ejusdem fortasse statutam, decretatque, licet adhuc in errorum suorum coeno volutetur &c.

Charitas erga Proximum efficere debet, ut fratres nostros in Christianae Religionis, vel JESU CHRISTI spiritu diligamus.

Punctum Primum. Explicare sicut quoniam sit hic spiritus, qui amorem ab omni utilitate vacuum, benevolentiae, & non cupiditatis, amorem cordis, purum, sanctumque deposit: *de corde puro, & de conscientia bona, quemadmodum ait S. Paulus 1. ad Timoth. 1.*

Punctum alterum. Ostendere paucissimos esse, qui christiana, ac vera charitate proximum diligunt, eaque varias recensere rationes, quibus homines seorsum citroque amant; quarum quidem aliae male sunt, & criminosae, aliae indifferentes, ac mere morales, quae nullius sunt meriti. *Quam Mercorem habebitis? ipse ait JESUS CHRISTUS: Nomen, & Ethnici hoc faciunt? Matth. 1.* Ostendendum igitur per hoc charitatis officia non adimpleti.

Ostendere, Deum charitatis nostrae finem, & exemplum.

*1.* Finis esse debet: proximum enim propter Deum debemus diligere. Hic enucleandum est, quid sit, & quid significet amare Proximum propter Deum; quemnam finem nobis proponere debeamus proximum

BIBLIOTECA CENTRAL  
U.A.N.L.

PARAGRAPHUS II.

Fentes, Auctoresque, unde hauriri valeat verum, sententiarumque copia ad proposita Concilium systemata explenda.

Sanctus Gregorius Magnus l. 3. moral. c. 4. praecipit Charitatis explicat, ac fufius de illis differit qualitatibus, quas S. Paulus huic virtuti adferbit.

Idem Hom. 8. in Ezechielem loquitur de vi, ac robore, quod hae virtus nobis contra Demonem tribuit.

Idem lib. 10. moral. explicat, atque ostendit utriusque praecipi charitatis unionem; quid faciendum, evitandumve fit erga Proximum, ut divinae legi obtemperemus.

Idem hom. 38. in Evangelia explicat quid sit Charitas, & in quo consistat, & quid sit diligere Proximum propter Deum.

S. Augustinus de hac passim verba facit in Psalm. 21. 47. 65. 67. 98.

Idem lib. de Unitate Ecclesiae contra Epist. Petil. in lib. de Natura, & Gratia; & in lib. de Spiritu, & Littera.

Idem in tractatu 65. in S. Joannem, in tract. 7. in primam Canonice ejusdem Apostoli epistolam; in sermone 21. de Verbis Apost.

Idem in Epist. 59. ad Paulinum, in Epistola 62. ad Caesarium; praeterea vero in Epistola 137. ad Volusianum, ubi ostendit, omnia Politica praecipta; omnemque statum societatumque omnium felicitatem, ac perfectionem, in charitate, & concordia tantum consistere, & per eandem vigere. Denique de hac virtute pluribus in locis verba facit.

S. Ambrosius serm. 9. de unitate charitatis, ostendit conjunctionem, & propinquitatem, quam Christiani habent in JESU CHRISTO ipsa etiam consanguinitate esse majorem.

Idem in Epistolam ad Romanos ea explicat Apostoli verba: Quis nos separabit a Charitate Dei? ad Rom. 8.

Idem in primam ad Corinthios epistolam hae explicat verba: Scientia infiat, charitas adificat. 1. ad Cor. 8.

S. Hieronymus in Regal. Monach. ad Paulam, & Eustochium, latius de charitatis merito differit, sine qua reliqua omnia nihil funt.

S. Joannes Chrysostomus Homil. 33. in epist. 1. D. Pauli ad Corinth. loquitur de Charitatis prestantia, de modo, quo Proximus diligendus est, de praecipto, quo a Deo illum amare jubemur, & de Charitatis hujus officis.

Idem Homil. 33. fufius eas persequitur qualitates, quas Charitati tribuit Apostolus: Charitas patiens est, benigna est, &c. ac adfert exempla ex facris Bibliis deprompta. Alibi etiam passim de hoc loquitur argumento.

S. Bernardus, vel quicumque Auctor est Tractatus de diligendo Deo, primis quatuor capitibus de Charitate etiam erga Proximum loquitur.

S. Bonaventura aliquot habet hujus argumenti sermone.

S. Leo sermonem habet de laudibus Charitatis, ubi de omnibus ejus speciebus verba facit.

Hugo a Sancto Victore, in erudit. Theol. de Sacram.

Insuper prope modum laboris esset omnes istius Sanctorum Patrum locos afferre, ubi de hoc argumento sermo est; quid autem alios auctores referere? Eos tamen potissimum memorabimus, qui Concionatores majorem verum copiam possunt suppeditare.

Granatenfis in memoriali ostendit unam eandemque virtutem esse Dei, & Proximi dilectionem, ac deinde eas adfert causas, propter quas Charitatem habere tenemur; quod fufius adhuc in Peccatorum Decepra tractat, ubi virtutis hujus ostendit officia.

Alphonfus Rodriguez satis amplum hac de re tractatum elucubratus est, ubi de hac ipsa virtute, ac fraterno amore verba facit: cuius utilitatem, ac necessitatem aperit, & quomodo foveatur, edocet, nihil praetermittens quod ad hoc argumentum referatur.

Ludovicus de Ponte satis proluxe de hac re loquitur tom. 2. tractatu 3. tomo tertio tractatu 1. cap. 5. alibi.

Petrus Canisius. Tract. 1. c. 3.

Ex S. Patribus.

Ascetici.

Pe-

XI.

Christianae Charitatis condiciones. Prima. Amor esse debet sincerus, & verax, ex ipso corde profectus, neque in solis verbis, exterioribusque officiis consistens, quae omnia nullo sunt in discernimenda habenda.

Alter. Esse debet universalis, neminem excipiens, sed paratus, ut omnibus seu pauperibus, seu divitibus gratificetur, quin locum his cogitationibus praebet, quae cor, charitatemque ipsam coarctant; licet in eadem charitate ordo servandus sit, & ubi plures adsint, qui eandem operam nostram exoptent, alios alius preferre possimus, immoderatum etiam; e. g. alienis consanguineos &c.

Tertia. Debet esse Practicus, & Efficax, qui nos ad opera charitatis erga Proximum exortenda, eorumque exercendorum perquirendas occasiones impellat. Ex morali Dictionario.

XII.

In Charitate erga Proximum considerare possumus.

Primo; praecipi naturam, quod nos eandem sincere diligere jubet, quin unquam eidem officium, & quaecumque illi possimus, pro virili bona procurare.

Secundo; Ordinem, qui per praeciptum praescribitur, seu rationem, qua diligendum est.

Tertio, mentem praecipi rationes indicantem, propter quas proximum diligere debeamus. Ibid.

XIII.

Bona, quae ex charitate percipiuntur, & quae in his Sapientiae verbis contineri mihi videntur: Est illa spiritus intelligentiae, Sanctus, Multiplex. Sapiens. 7.

Primo: Unionis, & Charitatis spiritus, quem Dei Filius dedit discipulis Dei, ut illos a reliquis hominibus secerneret, spiritus est Sanctitatis: Sanctus; neque dubitari potest, quin nos sanctificet; per illum enim, ut ait S. Paulus, alia Evangelii praecipta observamus, & omnes Christianae Religionis virtutes, omniaque dogmata exercemus, ubi Charitatem exercentur.

Secundo: Spiritus unicus. Charitas Christianorum corda, & voluntates conjungens unicum tantummodo cor efficit, unicum voluntatem: Cor unum, & anima una. Act. 4. quod de primis fidelibus dictum est, & hoc pacto quilibet exterorum bonis, & felicitatibus gaudet; fortis est, dives, potens ex vi, ac opibus eorum omnium, quos diligit, & a quibus mutuo diligitur. Quenam felicitas! Quae bona!

Tertio: Spiritus Charitatis nos ita conjungens, nosmet eodem momento multiplicat; efficit enim, ut in tot personis agamus, quot illi sunt, qui nobis suavi, ac pretioso hoc vinculo devincti sunt; cum quilibet alienarum virtutum, bonorum operum, ac meritum particeps fiat: Spiritus multiplex.

XIV.

Christianus proximum suum propter Deum, & amore supernaturali diligere debet.

2. Illam amare tenetur amore universalis, qui neminem quaecumque de causa ab eius excipit dilectione. Hi sunt christianae charitatis caracteres, qui sermonis partitionem efficere possunt. Supernaturalis esse debet, & universalis.

XV.

Fratres nostros amare debemus: 1. quia amantur a Deo, hic eos etiam, ut nos, ad imaginem suam, & ad eundem, ac nos, finem creavit &c. 2. quia illos diligit JESUS CHRISTUS; eodem redempti sumus pretio; pro illis aequo ac pro nobis mortuus est, eandem sequimur legem, eandem habemus Sacramenta, eidem famulamur Domino &c. Hae totidem vincula sunt, quibus invicem sumus conjungendi. 3. quia Deus, & JESUS CHRISTUS praecerunt, ut proximum diligeremus. Ita Deus Creator, Deus Redemptor, Deus Legislator jubet Proximum a nobis amari.

Petrus Sanchez in Regno Dei p. 6. P. Rappin in hoc argumento librum composuit, quem inscripsit, Spiritus Religionis Christianae, ubi octo capitibus, quidquid magis notandum est, scite collegit.

P. Neveu in libro, qui eodem inscribitur titulo, de Charitate erga Proximum agit, ubi capite primo de illius Natura, & Efficacibus, in secundo de regulis charitatis a JESU CHRISTO traditis; in tertio de JESU CHRISTO de hac virtute Doctrina; in quarto, de ejusdem Exempla; in quinto de rationibus, quae nos ad Charitatem erga Proximum inflammaré debent; & in sexto denique loquitur de mediis hanc virtutem acquirendi, atque conservandi.

P. Senault in libro de Homine Christiano cap. 5. & 6.

P. Saint Jure libro 3. de cognitione, & amore Domini nostri, ostendit quinam sit proximus noster, & quinam in charitate servandus sit ordo.

P. Haineufus in libro de Ordine 3. parte sermone 20.

PP. Arias, Pinelli, Lancifius, alique plurimi argumentum hoc tractarunt, & paucissimi sunt Ascetici libri, qui de eodem minime differant.

P. Faber Domin. 12. post Pentecost. P. Lexter sermone pro 3. Quadragesimae Dominica, ubi de Fidelium per charitatem unione verba facit.

P. Aurelianus. De la Font. propositione pro 12. post Pentecostem Dominica.

Lambert, Sermone de Ecclesiastica vita sextodecimo.

Abbas de Monmorel Homilia in 17. post Pentecostem Dominica.

Auctor sermonum in omnia Moralis Christianae argumenta 2. tomo Adventus.

Idem sermonem concinavit de concordia, & charitate, quae in Coenobis esse debet. Tomo 4. Sermonum peculiarium.

P. de la Colombiere. Tomo 4. Sermone 71. qui est de Christiana charitate.

Essais des Sermons pro Dominicis. Serm. pro 17. post Pentecostem Dominica.

Idem, Dominica quinta post Pentecostem loquitur de lenitate Christiana, quae in eo posita est, ut 1. nullus odii, vel similitatis ad Proximos sentiat, 2. ut admitatur, ne aliquis ex malignis id genus affectibus sefe prodat exterius.

Idem. Sermone pro 4. feria post quartam Quadragesimae.

Granatenfis in locis communibus. Bullae in Viridario ( verbo ) Charitas Dei, & Proximi.

Drexellius, in Ross. p. 1. c. 3.

Stella in Expositione in 10. S. Lucae caput. Labata in Apparatu ( verbo ) Dilctio Proximi. Didacus de la Vega. cap. 5. de Charitate.

Peraldus. Tom. 1. de Charitate, cap. 8.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Bibliorum ad hoc argumentum.

Dilige . . . proximum tuum sicut teipsum. Luc. 10.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri feceris. Tob. 4.

Numquid non Pater unus omnium nostrum? numquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despiciit unusquisque nostrum fratrem suum? Malach. c. 2.

Diligetis adventum quasi vosmetipsos. Levit. 19. Dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Eccli. 27.

Univerfa delicta operis charitas. Prov. 10. Qui respicit proximum, peccat. Ibid. c. 14. Ordinavit in me charitatem. Cant. 2.

Aqua multae non poterunt extinguere charitatem, nec flamma obruent illam. Ibid. c. 8.

Ne coertas faciem tuam a proximo tuo. Eccli. 47. In his duobus mandatis univerfa Lex pendet & Prophetae. Matth. 22.

Quoniam abundavit iniquitas, refrigeret charitas multorum. Ibid. c. 24.

Diligere proximum tanquam se, majus est omnibus

holocaustis, & sacrificiis. Marci 12. Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Luc. 6.

In hoc cognoscet omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Joann. 13.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ibid. c. 15.

Hoc est praecipuum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Ibidem.

Hec mando vobis, ut diligatis invicem. Ibidem. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Ibid. c. 13.

Charitate fraternitatis invicem diligentes. Ad Roman. 12. Necessitatibus Sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Ibidem.

Qui diligit proximum, legem implevit. Ibidem, c. 13.

Plenitudo ergo Legis est dilectio. Ibidem. Dilctio proximi malum non operatur. Ibidem. Dilctio sine simulatione. Ibid. c. 12.

Unusquisque vestrum proximo suo placet in bonum, ad edificationem. Ibid. c. 15.

Multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem, alter alterius membra. Ibid. c. 12.

Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. Ibid. c. 13.

Charitas patiens est, benigna est, non amulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. 2. ad Corinth. 13.

Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tintiens. Ibidem.

Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil sum. . . . Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, nihil mihi prodest. Ibidem.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, . . . charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ibidem.

Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi. Ad Galat. 6.

Patientes estote ad omnes. 1. ad Thess. c. 5. In charitate radicati, & fundati. Ad Ephes. 3.

Amulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Ibid. c. 5.

Super omnia autem haec charitatem habere, quod est vinculum perfectionis. Ad Coloss. 3.

Finis autem Praecipi est charitas, in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 1. ad Timoth. 1.

Ante omnia, mutuum in vobismetipsis charitatem continui debentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Petri c. 4.

Omnis Lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ad Galat. 5.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Ad Hebr. 13.

Implete gaudium meum; ut idem sapia, eandem charitatem habentes, unanimiter, idipsum sentientes. Ad Philipp. 2.

De charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis; ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis invicem. Ad Thessal. 4.

Scimus quoniam transiit sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. 1. Joann. c. 3.

Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. Ibidem.

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Ibidem c. 2.

Hae est annunciatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Ibid. c. 3.

Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Ibid. c. 4.

Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Ibidem.

Si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Ibidem.

Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Ibidem, cap. 4.

Diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Ibidem.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis; quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ibid. c. 3.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Exempla Scripturae in hoc argumento.

Exemplum  
Abraham

**A**braham quemadmodum in Testamento veteri fuit Pater fidelium propter fidei suae meritum, haberi quoque potest tamquam exemplum perfectae erga proximum charitatis; quandoque stabat praeter foribus domus suae, ut occasionem praestaretur, alienigenis panem frangendi. Statim ac eundem illos prospiciebat, non solum illis obviam ibat, sed curabat etiam, S. Joannes Chrysostomus inquit, ne ab alio quopiam in hoc opere charitatis praereteretur. Rogabat illos, ut sibi liceret, eisdem cenam instruere, putabatque, Sara uxori suae consultum per quam bene, si eadem praebere occasio manus suas in hoc opere charitatis exercendi, quemadmodum se inde maximum gloriarum fructum percipere arbitrabatur. Caritas ipsius erga Loth fratrem suum infans est; ut enim illum de eorum manibus liberaret, qui eundem cum tota familia, omnibusque bonis in servitutem abduxerant, audacissimum quemque ex ferivorum suorum numero collegit, atque exigua militum manu in actum educta, persecutus est raptorem fratris sui, qui hoc titulo eidem charus fuisset, licet etiam adeo arcto consanguinitatis vinculo eidem conjunctus esset; & de eorum manibus praedam extorfit. Suam quoque ad Deum interposuit autoritatem, Genes. 14. ut Sodomorum cives praesenti periculo liberaret, ac prohiberet; ne illorum civitas caelestis igne demissa in cineres redigeretur; qua in re licet damnatus voti non fuerit, non defuit tamen quominus omne charitatis meritum obtineret.

Charitas  
Job

Sanctus quoque Job perfectum esse posse charitatis exemplar, nisi patientia, quae in ipso maxime enituit virtus, illum celebriorem effecisset, sane quae praeter virtutibus reliquis omnium in se oculis, mentesque convertit. Hoc tamen minime prohibet, quo minus ipse acceptam referre debeat charitatis operibus sanctitatem suam, amorem illum, quo Deus ipsum complectebatur, & eam nominis celebritatem, quam sibi apud homines comparaverat; ipse enim de se fatur, misericordiam, quae quidem est aliis beneficiendi studium, quo alienis egestatis opem ferre gestimus, secum nam fuisse, ac secum pro annorum suorum numero adolevisse. Deum etiam testem vocat operum charitatis, quae ille exercebat, cum cuncti oculi essent, claudi pre, atque omnium calamitosorum hominum asylum.

Charitas  
Moylis

Hae etiam virtus Moyse populo Israelitarum commendavit, non eo solum quod illum de Aegypti jugo subduxerat, & de Pharaonis tyrannide liberaverat: verum etiam quod suas apud Deum preces effuderat, ut iustitiae ejusdem brachium crederet, postquam populus ille per summum nefas aureo vitulo thus adolevisset. Magnus hic legislator, qui in Bibliis mediator etiam nomine designatur, sese tamquam victimam obtulit, iram Domini leniturus; & eo usque ipsius charitas exarsit, ut deleri mallet de libro vitae, quam oculis suis justam ultionem intueri, quam Deus de rebelle hoc populo se sumpturum fuerat minitatus: *Obsecro, Domine, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque deos aureos; aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Exod. 32.

Exemplum  
Nehemiae

Talis etiam fuit Nehemiae charitas, quae in illius sollicitudine enituit, qua libertatem procuravit populo Dei, qui erat adhuc transmigratoris residuum, nec non in iis omnibus, quae in populi sui gratiam operatus est, cum jam redisset Ierosolymam. Haec autem in secundo Eisdem libro narratur.

Tobias  
charitas

Tobias quoque charitas insignis eluxit, ut liquet ex operibus illis, quae cum suis conceptivis operabatur: quod illi conflavit invidiam Sennacherib, qui eundem perdere staterat, nisi sanctus ille vir ausuisset, atque cum tota familia in latebras sese receperet.

Cetera exempla praeterea, quae ad alias virtutes referri possunt, & quae singula locis suis referentur. Novum quoque Testamentum longe plura nobis suppeditat, quorum praecipua ad charitatem generalim spectantia hic asseremus.

Primum, maximumque hujus virtutis exemplar est Verbum incarnatum, qui quatenus Deus est ipsa charitas, & quatenus Homo Deus illius praestantissima in omnibus vitae suae partibus dedit e-

xempla: ut enim illius nativitate, atque mortem praeremittimus, quae charitatis ipsius praestantissima sunt documenta, eam praestulit; Primo, Discipulorum, Populorum, & Pharisaeorum defectus tolerans, cum aliorum ignorantia, aliorum importunitas, & ingratitude, reliquorum vero odium, & nequitia sexcentis ipsis in singulis diebus occasionem praebere. Secundo, Cujusvis generis hominum seu corporales, seu spirituales morbos miseratione ductus ad sanitatem revocans. Tertio, Omnibus summa cura, & dilectione benefacere gaudens. Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri, quemadmodum loquitur Apostolus ad Timoth. 3.

Admirabilis fuit Sancti Pauli Charitas, neque enim major esse poterat, quam cupere, ut pro fratribus suis a JESU CHRISTO esset anathema: licet enim genuinus horum verborum sensus longe fit alius ab eo, qui vulgo illis lolet appingi, semper tamen zelum, & charitatem, quae erga fratres suos successus erat, significat: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem;* ad Rom. 9.

Si Evangelicis Centurionis fides in JESU CHRISTI admirationem convertit, & ab eo meruit laudari; ejusdem profecto charitas & nostram admirationem, & elogium nostrum meretur, quod cum adhuc Ethnicus esset, ipse aegrotantem servi sui cum susceperat, ac JESUM aditum oraturus, ut laboranti servo medelam, ac salutem allaturus accederet. Matth. 8.

Quoniam fuerit primorum fidelium concordia, & insignis charitas, nemo unquam ignorat. Sacer textus illis unum cor, unamque animam fuisse testatur: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.*

Quorundam Scripturae locorum huic argumento applicatio.

**T**erribilis ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. Sanctus Gregorius haec explicans verba, ait hac locutione ingentem sensum contineri; scilicet, quemadmodum exercitus in aciem productus instructusque tunc hostibus formidabilis est, cum ordines coartantur, qua vacuum, vel intervallum relinquunt, qua laxentibus aditus pateat; ita & nos salutis nostrae inimicis terrorem incutimus, cum vinculis charitatis invicem sumus conjuncti.

*Latum mandatum tuum nimis,* inquit Regius Prophetia Psal. 118. quae verba S. Augustinus explicat de charitate dicens, non alios charitati nosse cancellos esse statuendos, quam terra totius terminos, si vere JESUM CHRISTUM diligimus, membra enim ipsius ubique diffusa sunt. Si eorum, qui ad ipsum pertinent, partem amas, ait ille, divisus es, & si ita divisus es, non es amplius membrum corporis ipsius; & si non es amplius membrum corporis hujus, non es amplius sub hoc Capite: *Tract. 1. in Epistol. 1. Joann.*

Eodem in sensu jubetur Ezechiel Prophetia dicere caesure esse illud adificium, in quo calx arenae commixta non fuerit: *Die ad eos, qui li-munt absque temperatura, quod casurus sit.* Ezechiel. 13. Quid haec verba significant, eruditus nescio quis Interpres interrogat; nisi charitatem calcem esse, sine qua simul connecti lapides nequeunt, quibus adificium spirituale construendum est? Alioquin hoc opus primo ventu flatu labefactum corrumpet, quoniam omnes illius partes simul agglutinate non erunt.

*Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Luc. 1. Significat autem proximum nostrum a nobis vera charitate esse diligendum, non eo solum pacto, quo res necessarias, atque utiles amamus, puta panem, domum, aviculum, aliaque id generis, quae nostram utilitatem, vel oblectationem respiciunt, neque diligendum tantummodo tamquam

S. Pauli  
charitas

Evangelic.  
centurio.

Primorum  
fidelium  
charitas

Charitas  
universali  
est.

Quomodo  
Christiani  
liberati  
sunt de  
causa de-  
beat.

Alia ratio  
propter  
quam man-  
datum hoc  
novum ap-  
pellatur.

nos ipsos, sed propter nos: amandus quippe est eo modo, quo nos ipsos diligimus summa dilectionis integritate, non autem tantummodo propter nos. Haec animadversio est S. Bernardini Senensis Tomo 2. Sermon. 7.

**Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.** Joan. 13. Plures occurrunt rationes, propter quas Dei Filius mandatum hoc novum appellavit, inter quas haec quoque invenitur ad nos ipsos pertinet; videlicet earum legum, quae recens irrogatae sunt, diligentiori observantiam efflagitari, cum reliqua temporis spatio nonnihil de sua severitate remittant, eo neque ut desuetudo lapsus contra aequissimas, saluberrimasque leges praescribat. At JESUS vult charitatis praecipuum novum esse, hoc est eandem semper obnoscere vim, atque omnino tempore diligentissime observari, quin alia quaelibet lex, vel contraria consuetudo contra illud unquam praescribere valeat. *Gilberti. serm. 19. in Cant.*

**Hoc est praecipuum meum, ut diligatis invicem.** Joann. 13. Reges, atque Principes passim leges irrogant stultas suas, ac naturali ingenio conformes; ita Dei Filius, qui suapte ferebatur ingenio, ut omnibus hominibus beneficeret, & qui tanta flagrabat erga homines charitate, ipse quoque legem rogavit benefico illi suo studio conformem, quod efficeret, ut de Caelo in terram descenderet. Eo modo quo arbor ex telluris sinu prodiens satis ostendit feminis ab olitore desolam naturam, ita lex ista, quid in corde Salvatoris continetur, aperte demonstrat. *Lanzua in quodam ex Tractationibus de Amore inimicorum.*

*In observate radicatis, & fundatis.* Ad Ephes. 3. Duplici haec ex arboribus, adhibuit desumpta similitudine ideo Apostolus utitur, Sanctus Thomas inquit, quia ut utraque solide constituta sint, arbores quidem radicibus, ades vero praetis indigent fundamentis. Christianus autem bonis operibus suis, dum vivit, attolli adificium, ita enim in Scripturis loquitur Spiritus Sanctus: oportet igitur, ut huic edificio charitas pro fundamento substruatur, quo recte facta omnia fulciantur, quae alioquin nullius essent meriti habenda. Ad haec Fidelis, ait JESUS CHRISTUS, arbor est, quae fructus pro vita aeterna producere debet: nisi haec arbor pro radice Charitatem habuerit, quamprimum evertetur, vel erit arbor emotura, quae cito exaresecet. *Idem Lanuza tract. 4.*

*Pater noster, qui es in caelis.* Matth. 6. Noluit Dei Filius, eum qui haec a se nobis traditam orationem recitaret, dicere mi Pater, sed Pater noster, ut, Sanctus Joannes Chrysostomus inquit, cogitantes nobis omnibus in caelis communem esse Patrem, re ipsa tamquam fratres nosmet cogitarent, & quatenus fratres eo ferventiori charitate ultro citroque diligere-mus, quo vehementior esse debet gratia, quam natura. Et profecto ejusdem vocationis ad vitam supernaturalem vincula, & eisdem caelestis hereditatis spes procul dubio majorem habere vim debent, quam ejusdem sanguinis vincula, si praeter haec non alia ratione connecteremur. *Sanctus Joannes Chrysostomus Orat. de instituta secundum Deum vita.*

*Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Ad Roman. cap. 12. Deus nostrum Dominus est, cui propter supremam ipsius in nos dominationem, aiaque sexcenta jura, quae obtinet in nos, amorem, quemcumque cor nostrum capere potest, unice debemus. Ideo illud a nobis exigit, atque explicite id nobis imperat, ita ut si cor capax esset amoris infiniti, hunc Deo supremo unice deberemus. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Hujus vero infiniti debiti, quod ea excedit omnia, quae unquam praestare possumus, & ideo efficiat, ut Deo semper debitores futuri simus, ipse partem debiti fratribus nostris, quae quidem pars ejusdem fit naturae, ac pars altera, quippe jus est in eodem fundamento consistentis; numquam eidem satisfacere poterimus, ad omnimodum debiti extinctionem; neque magis hoc erga proximum, quam altero erga Deum debito liberari.

Mirum profecto est, quod JESUS CHRISTUS de charitatis praecipuo verba faciens illud mandatum novum appellaverit. *Mandatum novum do vobis.* Quid enim recens est in hac lege, quae aeque, ac humanitas ipsa videtur antiqua? Ex quo homines sumas, ideoque in hominum societate verari tegeretur, nonne ex ipsis societatis, cuius mem-

brum sumus, natura ea omnia cogimur praestare charitatis officia, quae JESUS legis novae vocabulo indigitat? Antequam JESUM CHRISTUM nunquid nefas erat proximo eam asserere contumeliam, quam nemo sibi allatam cuperet? Numquid omnino semper tempore, ac ab ipsis usque Mundi primordiis fuit, indigentem fratri opem ferre, illius existimationem obrecreationibus non laceffere; domesticam, vel civilem pacem odiis, similitudinibus, criminosisque furoribus non perturbare? Haec proculdubio sunt omnium temporum, locorum, religionum, legumque omnia officia. Cur ergo hoc praecipuum suum mandatum novum appellat? Quia charitatis praecipuum simul & antiquum, & novum est, antiquum quoad substantiam, ac materiam praecipui; sed novum propter rationem, qua voluit a nobis fratres amari; scilicet propter Deum; non amplius simpliciter tamquam propter Legislatorem, ac Dominum praecipientem, vel propter Patrem id indicantem; sed tamquam propter Patrem id sollicitum urgentem, Redemptorem id enim obrecreantem eo usque, ut se nobis debitorum, ac sibi fieri, quidquid fratribus praestitum fuerit, existimaturum proficiatur.

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum in hoc argumento loci, atque sententiae.

**N**on diligis proximum tuum, si non ad bonum, ad quod ipse tendis, adducis. S. Augusti. de Morib. Eccl. 8.

*Nihil aeque amicum probat, quam oneris portatio. Tantum quisque portat, quantum amat.* Idem in Apocal. 1.

*Ut sciat homo diligere proximum tamquam seipsum, prius debet, diligendo Deum, diligere seipsum.* Idem in Psal. 118.

*Redeat unusquisque ad seipsum; & si ibi invenerit charitatem fratris, securus sit, quia transit de morte ad vitam.* Idem, Tract. 3. in Epist. Joann.

*Nihil nocet corporis separatio, ubi est animorum vera & sincera conjunctio.* Idem, Ser. 42. de Tempore.

*Aut cupiditate amatur, aut charitate; non quod non sit amanda creatura; sed si ad Creatorem referatur ille amor, iam non cupiditas, sed charitas est: tunc enim est cupiditas, cum propter se amatur creatura.* Idem, 1. 9. de Trinit.

*Dilectio proximi certus gradus est ad dilectionem Dei.* Idem l. contra Adimant. c. 6.

*Omnibus pari dilectione vita aeterna optanda est, si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia.* Idem, in expos. Epist. ad Galat. c. 6.

*Charitas: quanto plus impenditur, tanto plus debetur; & nos tanto magis cam debemus, quanto amplius impenderimus; cuius nos perpetuos debitores ostendit Apostolus.* Idem, Epist. 42. ad Severum.

*Semper debeo charitatem, quae sola, etiam reddita, semper detinet debitorem; redditor enim cum impenditur; debetur autem etiam si reddita fuerit; quia nullum est tempus quando impendenda non sit, nec cum redditor, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur.* Idem, Epist. 62. ad Caelestin.

*Proximi, non sanguinis propinquitas, sed rationis societate pensandus est.* Idem, Epist. 52.

*Omnis homo homini proximus. Non est cogitanda longinquitas generis, ubi est natura communis.* Idem, l. de Doctr. Christi.

*Charitas est glutinum animalium, Societas fidelium, otio non frigida, actione non fracta, non fugax, non audax, non praecipua.* Idem, l. de Doctr. Christi.

*Charitas aliis blanda, aliis severa, nulli invidiosa, omnibus mater.* Idem, l. de Catechiz. Rudib.

*Per amorem Dei, omnes ei adhaeremus; per amorem proximi omnes ad invicem unum sumus: ut bonum commune omnium, fiat singulorum, & quod quisque in se non habet, in altero possideat.* Idem, lib. de spiritu, & litera.

*Talis est natura sancti amoris, & vera charitatis, ut erogando crescat, & quantum in aliis plus expenditur, tantum in se abundantius cumulatur.* Idem, Ser. 206. de Tempore.

*Charitas & cupiditas simul esse non possunt; nisi una radicitus evulsa fuerit, alia plantari non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem contendit evellere; radix enim malorum omnium*

*nunq est cupiditas*. Idem, lib. 50. Homil. 8. *Per amorem Dei amor proximi gignitur*; & per amorem proximi amor Dei nutritur. Greg. 1. 7. Moral. c. 10.

*Qui diligit Deum, non eum contemnere potest*, precipitem diligere proximum: & qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? August. Tract. 65. in Joann.

*Nemo ceteris virtutum exercitationibus magnum quid se consequi putet, nisi recte fratres diligit*. Cyrill. Alexandr. l. 9. c. 24. in Joann.

*Proximum diligere pure non potest, qui Deum non diligit*. Oportet ergo diligi Deum prius, ut in Deo diligitur & proximus. Bernard. lib. de dilig. Deo.

*Non recipio consolationem, ubi video fratris desolationem*. Idem, Epist. 70.

*Mandatum charitatis proximi simile est mandato charitatis divine: quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitur*. Chrylost. Homil. in Matth.

*Haec in primis habet charitas, quod cum utilitate, fit facillima, atque jucundissima*. Idem, Homil. 2. in Job.

*Quemadmodum multi Religiosi per charitatem sunt unum, ita per eandem charitatis unionem, singuli sunt multi*. Idem, Homil. 77. in Joann.

*Charitatis debium, etiam semper solvatur, semper debetur*. Idem, Epist. 22.

*Tanta charitatis vis est, ut caelo latiore faciat animam; unde Paulus dicitur: dilatamini*. Idem, Rom. 44. in Act. Apol.

*Alius amat quia redamatur, alius quia honore afficitur, alius quia utilitati sibi esse aut fore hominem putat; Christi vero causa difficile quemquam invenies, qui amicum, ut oportet, diligit: omnes fere secularium vinculorum nexu vincuntur*. Idem, Homil. 61. in Matth.

*O nimiam Dei clementiam! o ineffabilem charitatem! Praemium nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, & ea nobis praestemus, quibus nos invicem indigemus; & nos ingrato animo venimus ei, cujus imperium beneficium est*. S. Laurent. Justinian.

*Tale est bonum pacis, quod ex mutua charitate oritur, ut in rebus creatis nihil desiderabilius concupisci. & nihil utilius possideri possit*. Idem.

*Per est latitudo charitatis mundi; unam Republicam, caelum fecit & terram*. Hildebertus Episcopus Turenensis.

*Bonum utile, & jucundum est sola charitas. Hoc privilegium soli charitati servatum est, ut cum sit, non solum bonum, sed omnium bonorum maximum, fit quoque jucundissimum. Omnis quoque alia virtus penam habet annexam. Sanctus Thomas a Villanova in Conc.*

*Charitas in adversis non deficit, quia patiens est; inimicis non rependit, quia benigna est; felicitas eam aliena non cruciat, quia non aemulatur; conscientia mala non pungit, quia non agit perperam*, &c. Bernard. Tract. de Charit.

*Charitas, quae Christi causa fundatur, firma, stabilis, atque inconvicta est; nec ulla re conquassatur: non obviolatione, non periculis, non morte, &c.* Chryf. Homil. 61. in Matth.

*Quicumque proximum suum, ut seipsum diligit, quidquid boni sibi invicem cupit, & isti cupit pariter*. S. Justinus dialog. cum Trit. Judaeo.

*Apud Christianos, lex & norma amicitiae quisque ipse est; atque eadem proximi velle, quae & sibi ipsi*. Greg. Nazianzen.

*Hoc plane est charitatis, quae est secundum Deum, omnes complecti. Si autem hunc quidem diligit, illum vero minime, est amicitia secundum hominem: sed nostra non est hujusmodi*. Chrylost. Homil. 7.

*Maxime propterea Christus advenit, ut cognosceret homo quantum eum diligat Deus; & ideo cognosceret, ut in ejus amorem, a quo prius dilectus est, inardesceret*. August. de Catechiz. Rudibus.

*Facies & imago Christi nobis insculpta, quae sui esse cognoscimus, charitatis gloria est*. Cyrill. in Joan. cap. 15.

PARAGRAPHUS V.

*Quid ex Theologiae peni in hoc de Charitate erga Proximum argumento deproxi possit.*

**C**haritas erga Proximum virtus est, qua Proximum diligimus propter Deum: ita ut ex amor Proximi unus duntaxat sit habitus, qui tamen principium est diversorum actuum; hoc est, ut Theologicis verbis utar, amor, quo persequimur Deum, & qui dilectio vocatur, non uni adheret Deo, sed in Proximum quoque sese effundit, seu quod qui diligit Deum, debet particulariter eos omnes amare, quos Deus sibi amicos elegit; seu quod actus qui ex se ejusdem speciei esse inveniuntur, vel (quod idem est) qui ad eundem principalem finem rediguntur, ad unum eundemque habitum pertinent. At actus, quo Deum diligimus propter ipsius infinitas perfectiones, & actus, quo diligimus Proximum, quatenus aequae ac nos ad Dei amicitiam vocatum, & aequae ad infinitae hujus bonitatis possessionem anhelantem, inter se simul adeo conjuncti sunt, cum uterque ad hanc eandem bonitatem referatur, quae utriusque postremus finis est, ac praecipuum obiectum, ut idem habitus, qui ex virtute pollet, ut ex nobis primum elicitur, facere non possit, quo minus eliciat & alterum. Ex hac rationis superabundantia, quae ciet in nobis actus, charitatis erga Deum, qui inde tanquam sine ullo conatu, & non egre procedunt, charitatis etiam actus erga fratres nostros oriuntur. Hac si deest Proximi dilectio, charitas vera non est, non enim esset Theologica virtus, neque aliam charitatem proprie dictam cognoscimus, quam quae in trium Theologicarum virtutum numero recenseretur. Hinc fit, ut haec duplex charitatis species ratione diversorum operationum habeat, tanquam duplex, aequae diversa virtutem confederat, utque duplex rivus ab eodem fonte emanans; duplex linea ex eodem centro ducta, ideoque in eodem conjungenda, duplex annulus catena ejusdem, duplex ejusdem arboris ramus pure optimo vocetur; & ut verbo me expediam duplex actus, vel duorum actuum effectus ex eadem habituali virtute proveniens.

Hinc inferitur, horum amorum alterum sine altero subsistere nequaquam posse; eadem enim charitas, quae diligimus Deum, efficit, ut proximum diligamus tanquam perfectissimum atque charissimum opus illius, imaginem, atque obiectum affectionum ejusdem; & ea, quae efficit, ut proximum diligamus, efficit quoque ut simul, atque, ut ita dicam, actu eodem diligamus Deum, quoniam amorem Deum, non diligimus proximum nisi propter amorem Dei, & propter ea bona, quae in eodem constituit Dominus, illud vero praeteritum, quod ipsum aeternae beatitudini destinavit, quae re ipsa non aliud est quam ipse Deus. Ita amor Dei necessario proximi amorem producit; tunc vero praecipue, cum explicitum accedit praecipuum, quo invicem amari jobemur, cum fieri nequaquam possit, ut Deum diligere diligamus contemnescentes lege legem hanc, quam irrogavit, seu magnum hoc exemplum fratres diligendi, quod tradidit: Et amor proximi alit, fovet, roborat amorem Dei, non enim fratres nostros, uti opus est, diligeremus, nisi hunc amorem refereremus ad Deum; & proximum in Deo, & propter Deum amarem. Hoc disertissimis verbis docet S. Gregorius l. 7. Moral. c. 10. *Per amorem Dei amor proximi gignitur, & per amorem proximi, amor Dei nutritur*.

Quamquam propter necessarium nexum, qui inter duplicem hunc amorem invenitur; alter ex altero inferatur; hoc tamen inter utrumque discriminis est, idque S. Augustinus in Epistola ad Galatas animadvertit, quod facili negotio homines sibi falso persuadent, a se diligi Deum; quoniam non adeo saepe occasiones occurrunt hunc amorem probandi: quod vero ad proximi amorem pertinet, justitiae, ac rusticitates, quas quotidie in illum vel exercendi nobis occasio suppetit, vel saepe etiam exercemus, nimis aperte significant, ipsum a nobis nullo in discrimine haberi; & quemadmodum Deus ab iis, qui proximum odere, amari non potest, ex quo nos erga fratrem simulatam, vel odium, lovere deprehendimus, statim tuto infer-

*Quid est charitas erga proximum.*

*Angeli proximi nomine non continentur.*

*Quid intelligendum ut per proximitatem, quae alter alterum tanquam proximum habere, ac diligere tenentur.*

*Amor Dei, & amor Proximi separati non possunt.*

*Peccatores quidem imitare possunt, non peccata.*

*Facile est intelligere nos amicos Proximum non Deum.*

terre debemus, illum qui utroque creavit, non diligi a nobis.

Charitas ad creaturas ratione carentes sese extendere nequit; ipsa enim natura sua est amicitia in mutuo amore consensus, quo vicissim ultra, citroque capitur, & pro viribus, ubi adfuerit occasio, verum bonum procuratur, hic enim agitur de charitate Christiana, cujus homines tantum competes esse possunt. Irrationabilia quidem amare possunt, propter honestam, licitamque voluptatem, quae inde credit; immo debemus etiam haec omnia ad sublimiorem finem referre, qui est Dei honor, & nostra salus; verum amanda sunt ita, ut nimis iisdem non adheramus, quod inordinatum, & criminofam affectionem nostram eliceret. Praeterquamquod licet illa aequo, compositoque amore diligimus, ea propter nos non autem propter ipsa diligimus. Itaque ex iis omnibus, quae circa nos sunt, homo tantum proximi loco est habendus, ideoque ipse unus esse potest verae charitatis obiectum.

Verum est, Angelos non solum communicare nobiscum, & participes esse ejusdem beatitudinis, quae Christianae amicitiae fundamentum est, verum etiam hoc illos pra nobis excellere, quod beatum hunc finem jam sunt consecuti; ideoque, uti Sanctus Thomas animadvertit, omnem nobiscum proximitatem habere necessariam, ut participes esse possint charitatis ejus, quam proximo debemus: attamen Sancti Patres Proximi nomine hominem solum comprehendunt, quia majores profecto in hoc amore superande sunt difficultates, propter quas necesse fuit, ut hoc praecipuum irrogaretur, & frequentes, utitaque occasiones illius observandi homines tantum respiciunt.

Non satis est nosse, quid proximi nomine intelligendum est, nisi teneatur etiam quid hanc efficiat proximitatem, & unde proprie accipienda, ut sit ratio amoris, quo fratres nostros prosequi debemus. Hac autem proximitas, quemadmodum S. Thomas ait, proprie a natura minime desumitur, sed ratione gratiae consideratur. Non ex eo quod originem ab illis duximus, qui nos genuerunt, proximitas sanguinis appellatur, sed ex hoc, quod omnes divino carattere notati sumus, omnes ad Dei similitudinem creati, omnes eodem sanguine redempti, omnes ad obediendum eidem Patri, & Domino eidem serviendum vocati, omnes ad hoc nati, ut aliquando bonum idem, hoc est aeternam felicitatem possideamus. Hoc efficit, ut charitas omne hominum genus amplectatur generatim, & singulos peculiariter, tanquam proximos suos consideret, quoniam aliquis excipitur, licet pluribus distinetur imperfectioribus; cum amicitia humana, naturali tantum alicui qualitati innixa, saepe obiecti sui tenuitatem intelligat; praeterquam quod falli possumus id amantes, quod non meretur, vel etiam nobismetipsis fingentes aliquis inesse alicui perfectiones, quae numquam fuerunt: sed proximum diligentes propter Deum, quicumque ille sit in semetipso, semper dignus est dilectione nostra, eumque semper considerare debemus tanquam proximum nostrum, quem a Deo jubemur amari, licet mortalium omnium imperfectissimus esset, & maxime contemptibilis.

Hinc sequitur, quod Proximi nomen omnes homines indiscriminatim comprehendit ex S. Augustini sententia; ideoque peccatores etiam, quandoquidem non solum homines sunt, uti nos, nobisque naturae vinculis conjuncti, sed etiam uti nos ad beatitudinis participationem vocati, quae, rursus dicam, totius charitatis est fundamentum. Hoc tamen sedulo est animadvertendum, illos a nobis nequaquam diligendos esse propter peccata; peccatum enim ad beatitudinem impediturum est, & participes fieret sceleris eorum, qui iisdem coniventer. Quamobrem duo in peccatore sunt distinguenda: primum ipsius natura, & persona; alterum vero ipse peccatum, quorum alterum amare opus est, alterum odisse, odio illo profecto de quo loquitur Propheta: *perfecto odio oderam illos*, hoc est praescindendo ab illius natura, & persona, quae a Deo profecta ad Deum est reditura. Ceterum altera quoque distinctio facienda est inter haec duo vocabula naturae, atque personae. Natura numquam esse potest odii nostri obiectum, & hujus habita ratione nefas est ipsum etiam Demoniem odisse; hoc enim in sensu non aliud exhibet, quam Dei creaturam; & Deus ea omnia, *Hondry Bibl. Tom. I.*

quae creavit non solum bona, sed valde bona invenerit, ideoque hoc in sensu nihil odit eorum, quae fecit. Sed in peccatore, ut cum Sancto Augustino loquamur, duo sunt, humana natura, quae homo est, quod est opus Dei, & status, seu qualitas peccatoris, quod unice hominis opus est. Haec autem peccatoris qualitas absolute pertinet ad personam cui quodammodo sese commiscet: persona omnes recipit denominationes morales, atque cum illis quadam veluti essentiam omnino diversam constituit. Et sane Deus Demoniem odit personam, licet naturam nequeat odisse, ac nos ipsi dignum evadimus divinae abominandae obiectum, ex quo graviter peccamus, quae quidem abominatio non in peccatum tantummodo, sed etiam in peccatoris personam referitur. Quia cum ita sint, certum est tamen, hominem, donec est in via, in qua salutem consequi potest, eo non est veluti in qua salutem consequi nullo modo potest, in quem jam lata sententia est, & cuius persona apud Deum aequae ac apud nos horrore, & abominandis obiectum est; hominem, inquam, donec est in via a nobis in sensu absoluto esse diligendum; adhuc proximum nostrum esse; habet enim adhuc in natura, & persona sua id, quod inter ipsum, & nos hanc proximitatem constituit, quae efficere debet, ut illum diligamus, donec viget, & quae in hoc posita est, ut possit ad beatitudinem pervenire. Licet nobis liqueret, ipsum jam reprobatum esse, illi tamen superest adhuc fere convertendi facultas; & nisi aperta intercesserit revelatio, nescimus, utrum ille, non secus ac plurimi, qui se justos putant, per conversationem suam ad beatam pervenire valeat immortalitatem.

Quemadmodum ea ratio, qua proximum amare tenemur, est ipse Deus, hinc sequitur, neque omne amoris genus, quo illum prosequi possumus, neque omnem amicitiam, quae inter homines potest intercedere, licet arcta sit, & arcto necessitudinis vinculo conjuncta, atque etiam honesta, non semper veram esse charitatem Christianam, vel eam, quam Dei Filius tantopere a Christianis exegit. Quidam amor est, qui a studio quadam mere naturalis proficitur; amicitia quadam quae temperamenti, studiorumque similitudinis innititur, per quam cupiuntur, vel etiam mutuo temporalia bona, valetudo, pax, divitiae procurantur. Haec amicitia, si aliunde honesta sit, in se vituperabilis nequaquam est; quandoquidem moralis est virtus, quam Ethnici sapient excoluere, majores etiam perditionis in gratia, quam ipsi Christiani, cui si aliqua accedat ratio a fide proveniens, eamque supernaturaliter efficiens, jam haec esse potest sancta, & salubris amicitia. Verum si haec ratio ex ipsa Fide mutuo accepta, quantumvis sublimis sit, ea non est, quam explicuimus, haec iterum dico, non erit Christiana charitas saltem in magis proprio magisque vero sensu desumpta. Quod si illi Fides nequaquam sese immiscuerit, omnem jam omnium mercedem, ut ait JESUS CHRISTUS, & generatim tantum de charitatis nostrae merito deperit, quantum humanarum rationum eidem immiscemus; quae eandem vel corrumpunt, vel infirmant.

Sanctus Joannes Epistola prima cap. 4. ait, illum, qui audeat asserere, a se diligi Deum, donec odent iratrem, mendacem esse, atque manifestum mendacium proferre. Hujus veritatis ratio, praeter ea quae jam dicta sunt, ex pulcherrimo Theologiae principio desumitur, videlicet Christianarum virtutum principia esse indivisibilia, & aequae ubicumque inveniantur, agere debere. Ita in principio suo fides indivisibilis est, illud quippe est auctoritas Dei, quae nobis sanctas illius veritates aperuit. Si principii hujus consideratione ducti, aliquid fidei articulum credimus, intellectum nostrum in divinorum Oraculorum obsequium subiacentes, nosmet subicimus etiam relictis, qui similiter revelari fuerit. Ita fidem suam dividere velle, alium quidem credere articulum, alios vero non item, idem est ac fidem destrueri, ac nullam efficere. Hoc ipsum de charitatis principio dicendum est, qui ipse est Deus, quem toto corde, totisque viribus amare debemus. Hae autem ratio indivisibiliter super Deum, ac super Proximum nostrum se extendit; ideoque separare velle amorem quem Proximum, ab eo, quem Deo debemus, idem est ac utrumque tollere, & nullam charitatem habere.

Quemadmodum amor, quo Proximum diligimus *Cur Deo irrogatus*

BIBLIOTECA CENTRAL N.A.N.L.

*fuere, praecepta amoris videlicet & Dei, & proximi.*

deus est, in eo continetur amore, quo diligendus est Deus; videtur e re futurum fuisse, si non duo, sed unum tantummodo præceptum de utroque irrogatum fuisset; hanc questionem proponit D. Thom. 2. 2. quæst. 42. art. 2. Sed quavis charitas, quæ Deum, Proximumque complectitur, una sit, & eadem virtus, necesse fuit tamen duo diversa præcepta proponere; hæc enim virtus duo diversa habet objecta, quorum alterum alteri subordinatum est, Deum videlicet, & Proximum: ac proinde generatim etiam duos habet diversos actus, quorum alter alterum, tanquam finem suum respicit. Ad hæc adjicere possumus, non omnes homines intelligere posse, alterum in altero contineri, quemadmodum in speculativis scientiis omnes illi qui aliquod principium norunt, non ideo tamen omnes norunt conclusiones, quæ virtualiter ibi continentur. Hac de causa necesse fuit, ut seorsim, ac sigillatim utrumque irrogaretur præceptum, non enim ab unus cognitione ad cognitionem alterius adeo facili transiri patet; cum ad hoc ratiocinatione opus sit, quam non omnes possunt efficiere.

Opera itaque præteritum est adnotare, in Evangelio alterum hoc præceptum diligendi proximum, primo illi, quo Deum amare jubemur, esse simillimum. Simillimum autem est, namque, ut S. Chrysostomus ait, illius effectus est, & ex illo consequitur; hæc respiciunt, qui utrumque mandatum confundunt, & ex duobus unum efficiunt; utrumque enim congruit in principio, qui Deus est, & in finem, ad quem tendunt. In hoc sensu dicunt, ut una tantum fides est, una spes, ita etiam charitas una, ideoque unum tantummodo pro eadem mandatum. Quamobrem illam representant, non jam simpliciter, quatenus ad habitum spectat, ut jam superius dictum est, sed quatenus ad executionem ejusdem, cum semper eadem sit virtus, quo tamen extensa habens brachia, quorum altero Deum, altero complectitur Proximum. Dominus, ait D. Augustinus, ita duo hæc præcepta ordinavit, ut illud, quod Deum spectat, sit tantquam finis; alterum vero, quod Proximum, sit tantquam medium, quod nos ad finem illum deducere debet. Ita illa simul conjuncta sunt, ita sibi mutuo coherunt, ut alterum servari minime possit, quin simul servetur & alterum.

Quæritur potest, cur Dei Filius hoc amandi proximi præceptum vocaverit Mandatum suum: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. Joan. 15. Hinc quaestioni responderi potest. 1. Præceptum hoc illi magis cordi fuisse, illud præ cæteris eniçis commendasse, illud diligentius servari voluisse, illud sibi fuisse acceptissimum, atque illud maxime necessarium ab ipso existimatum fuisse. 2. Quod omnem auctoritatis, quam a Patre acceperat, plenitudinem, & omne jus, quod suo Sanguine acquisiverat, impendit, ut nos ad illud diligentissime servandum obligaret; quod efficit, ut pollicitationes etiam, ac minas adhibeat, atque quocumque pretio velit, ut hæc legi homines secta subiciant. 3. Illud ita appellat, quia voluit, hujus præcepti observantiam notam esse, atque characterem, quo Discipuli sui a cæteris hominibus differerent. 4. Quia voluit hoc præceptum peculiariter haberi pro suo, quoniam illud, tanquam Evangelii sui fundamentum constituit, atque curavit, ut quæcumque alia nobis irrogavit mandata, in illo uno continuerentur.

Si præterea quæras quoniam in sensu novum dicitur: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; respondeo. 1. Præceptum hoc novum esse in causa sua, non enim fluxit ex veteri Testamenti Spiritu; D. Thomas inquit, sed ex spiritu Testamenti novi, qui amoris, & suavitatis est Spiritus. 2. Novum esse in effectu, qui est homines innovare, ut docet Augustinus: *Novum quia innovat homines*; nam, ut addit Sanctus hic vir, amor Proximi per JESUM CHRISTUM instauratus efficit populum novum ex omnibus gentibus, quæ Idolis suo adoleverat, & ex omni genere humano in tot sectas, opiniones, inauditasque, ac nefarias superstitiones divisio: *Hæc dilectio proximi gentes, de universo genere humano, fecit novum populum.* D. August. *Tract. 65. in Joan. 3.* Novum esse, quod illos, a quibus servatur, in *Novus Creaturas* convertit, hoc est, homines miræ profus vitæ, ac sanctitatis, quæ olim in Ethnicis ipsis tantam excitavit admirationem. 4. Novum esse in Idea sua, ut ajunt SS. Chrysostomus, atque Cyril-

*Cur Dei præceptum hoc vocaverit suum.*

*Cur Mandatum hoc novum dicitur.*

lus; illi enim novam veluti formam tribuit, voluitque, novo ac toto celo perfectione modo servari, quam olim in lege veteri observari debite: *Mandatum novum, quia modo novo servandum.* Olim tanquam amoris, quo Proximum diligendus erat, exemplar propositus ille nunciat amor, quo nosmetipsos amamus: *sicut se ipsum;* ac Saluator exemplar hoc nimis imperfectum esse censuit, & nos ignorare, quomodo nosmetipsos, uti oportet, amemus: ideo legem hanc innovavit, tutius, ac perfectius proponens exemplum, amorem videlicet, quo ipse dilexit nos: *Sicut dilexi vos, (ut & vos diligatis invicem);* & nobis eam proponens amicitiam, quæ inter ipsum, atque Patrem suum intercedit: *Ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* . . . ut dilectio, quæ dilexit me, in ipsis sit, & ego in ipsis. 5. Novum quoque esse propter rationem, quæ Proximum nostrum amare jubemur; videlicet propter amorem JESU CHRISTI, qui sibi factum duxit, quidquid minimo suorum famulorum factum fuerit: *mibi fecistis;* & propter amorem Dei in hoc etiam sensu peculiari, quod lex Evangelii tot modis duplicem hanc amorem semper conjungit, quod sane minime expresse est in lege per Moysen rogata. Alter locutionis hujus explicationem tradidimus supra Paragrapho secundo, ubi vidimus quamobrem Saluator novum appellet hoc fratrum amandorum præceptum. Jure igitur præceptum hoc novum vocatur.

Verba, quæ addit JESUS CHRISTUS, tanquam explicationem hujus præcepti, quo Proximum nostrum amare jubemur, majorem involvunt difficultatem: *Diligis proximum sicut te ipsum.* Hæc verba, S. Thomas ait, non æqualiter, sed similitè significant; Deus enim non jubet proximum æqualiter, ac nos ipsos dilectione esse complectendum; ordinata quippe charitas a nobismetipsis incipit; & cor, utpote rationale, sibi meliorem partem assumit; sed hæc similitudo, ex ejusdem Doctoris sententia, significat, quemadmodum me ipsum amare deo iusto, sancto, & vero amore; ita amor, quo proximum complecti debeo, eadem ineffe debere condiciones. S. Gregorius lib. 10. Moral. docet, præceptum hoc per duo magna naturalia præcepta esse explicandum, videlicet, ne alteri fiat, quod æque, ac rationabiliter nobis factum minime vellemus; sed econtra, ut illi eam præstemus operam, quæ secundum sapientiam, atque iustitiæ ordinem præstari nobis cuperemus. Hac explicatio Sapientis auctoritate probatur, qui Eccli. 4.31. docet nobis cognoscenda ea, quæ proximo debemus, ex his, quæ nobis deberi existimamus. Credimus nobis adversa factis fortuna miserationem, indignitatem opem, prospero rerum eventu lætanti gratulationem debere; censere debemus hæc ipsa a nobis erga proximum nostrum esse præstanda. At non credimus, cum utrinque paria concurrant iura, a proximo nostro sibiipsum nos esse præferendos; ergo nulla nos cogit necessitas, ut proximum nobis præferamus.

Ex verbis istisdem, *Diligis proximum tuum sicut te ipsum*, inferunt Theologi, nos posse, imò debere nosmetipsos per charitatem diligere. Deus enim nos minime cogeret, ut proximum sicut nosmetipsos diligeremus, nisi juberet simul & nosmetipsos eodem amore diligere. Caritas, quæ proximum nostrum prosequi debemus, debet ad illius charitatis normam componi, quia nosmetipsos prosequimur. Verum quidem est, amorem hunc, qui in nosmetipsos refertur, proprie non esse amicitiam; amicitia quippe duas supponit personas, cuius corda, animosque conectit; sed cum cætera sint paria cum amicitia, amor hic præstantior est, atque perfectior; innititur enim unitati; sed illud est principium, cui quælibet uno propius contendit accedere. Sed quemadmodum bene institutum nostrum metipsum amor, non principium solum est, verum etiam norma illius amoris, quo alios complecti debemus; D. Thomas 2. 2. q. 25. art. 7. explicaturus, quid sit iste verus amor, duplicem in nobis deprehendit amorem, quo nosmetipsos diligimus, quorum alter vulgo amor proprius vocatur, quo omnia ad nosmetipsos referimus, vel quo exteriorem tantummodo diligimus hominem, hoc est, nostrum corpus, cui omnes voluptates, omnia vitæ commoda procuramus, qui natus est, atque inordinatus; alter vero, quo interioriorem hominem amamus, & quo omnem vitæ nostræ viam secundum rationis legem institimus, qui a Sancto Doctore amor ordinatus, bonus, & iustus

*Quod intelligendum hoc, quod proximum nostrum amare debemur.*

*Quod intelligendum hoc, quod proximum nostrum amare debemur.*

*Quod intelligendum hoc, quod proximum nostrum amare debemur.*

*Præcipua rationes, quæ nos ad proximum amandum impellant.*

*Quid sit vere proximum nostrum diligere.*

vocat. Ad hujus amoris normam charitatem erga proximum nostrum insinuare debemus. Hæc autem sapiens consideratio non est solum D. Thomæ, sed ex Sancto Augustino desumpta videtur, qui ait: l. 1. de Vit. Coni. c. 15. *Præcipue, si nos diligere te ipsum, & tunc tibi commendo proximum, quem diliges sicut te ipsum,* cui S. Prosper addit: *Tunc diligimus proximum, quando ad bonos mores, & ad vitam æternam sequendam, sicut nobis, eorum salutem consulimus.* Hinc sequitur charitatis præceptum ab eo non expleri, qui amat proximum sicut semetipsum, eidem procurans voluptates noxias, eique præbens manum, ut ea, quæ turpitur, ac flagitiose concupiscit, obtineat: amor enim, qui proximo debetur, non patitur, ut ipsi malum inferatur, quemadmodum nolle deberemus nobis inferri, ac malum ne majus inferri postea liceat, quam epidem felebribus velificando?

Quod attinet ad rationem, quæ proximus est diligendus, ut vere dici possit, a nobis tanquam nosmetipsos amari; procul dubio & corde, & opere diligendus est; corde quidem, illi ea omnia desideranda bona, quæ ipse sibiipsum cupere potest: opere vero pro virili eam procurando. Quicumque proximum sicut semetipsum diligit, inquit S. Augustinus, illi cupit bona eadem, qui sibiipsum desiderat; & ubi adheret occasio, eidem omnia illi procurabit bona, quæ sibi, si possit, procuraret. Verum cum unicum sit bonum, quod esse debet omnium votorum nostrorum meta, felicitas nempe Deum in hac vita diligendi, eodemque in altera fruendi: amare proximum tanquam nosmetipsos idem est ac propter illum facere, quæ nobis propter nosmetipsos faciendæ sunt; hoc est, illud, quantum in nobis est ad perfectum Dei amorem inflammare, ut illuc, quo nos contendimus, affequatur. Alter illud amare, si nihil admittatur, quod illum ab amore Dei deflectat, vel illum obnoxiet, ut ab hoc principali fine secedat, sed sit satis efficere, ut temporalia vitæ mala, vel innocuas voluptates obtineat; hæc esse potest amicitia species, quemadmodum dictum est, longe inferior; fallaci vero misericordia, vel fallaciori affectione motus ei opem ferre, ut animæ suæ deducatur, vel interitum; hoc omnino est proximum non amare.

Inter charitatis erga proximum effectus alii negativi sunt, alii positivi. Negativi in eo consistunt, ut oppositi charitati defectus evitentur; quorum meminit S. Paulus in prima ad Corinthios Epistola, videlicet ira, simulas, inofficiosa verba, contumelia, temeraria iudicia, invidia, superbia, ambitio, iniuræ suspiciones, malignæ intentionum proximi nostri interpretationes, secreta, atque maligna propter illius infortunium lætitia, ac denique immoderatus nostræ utilitatis amor. Effectuum positivorum obiectum est tum bonum, tum malum proximi; malum quidem cuiuscunque generis sit, ut ab eo liberemus, bonum vero, ut hoc illi procuremus. Si charitas illum a malo liberare non potest, eidem consolatur; si consolari nequit, illius miseretur; defectus illius, ubi medicinam afferre nequit, tolerat; omne bonum, quodcumque potest seipsum spirituale, seu temporale, pro viribus efficit; quod si efficere nequeat, saltem desiderat.

Rationes, quæ nos agere debent, ut proximum nostrum eo modo, quem Deus petit, & quem explicuimus, diligamus, sunt 1. Quia imago Dei est, in creatione delineata, atque ex eo tempore destinata, ut gratia subsidiis longe melius perficeretur, unde sequitur, si diligimus Deum, hæc etiam illi ad vivum expressam imaginem, quæ propriis essentibus manibus, & quam ideo creavit, ut ab ipsa amaretur, & cognosceretur, esse diligendam: 2. Quia proximus noster redemptus fuit Sanguine JESU CHRISTI; propter illum enim Saluator æque ac propter nos mortem oppetit. Si ergo Dei Filius hæc utique illum dilexit, ut pro illo vitam suam traderet, quæ totum suum cruorem effunderet; quidem illum nos complecti debemus; quandoquidem Divinus ille Redemptor præcipit, ut vicissim nosmet ipsos, quemadmodum ab ipso dilecti sumus? 3. Quia membrum est mystici corporis Salvatoris, ipsius videlicet Ecclesiæ; quæ ratione præsertim Apostolus ad Rom. 12. utitur: *Multum unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra,* & ad Cor. 12. *Pro se invicem solliciti sunt membra.* Si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra.

Non natura solum, & qualitas amoris, quo proximum nostrum prosequi debemus, exprimitur, uti jam dictum est, in iis verbis præcepti: *Diligis proximum tuum sicut te ipsum;* verum etiam gradus, vis, magnitudo, & perfectio, ad quam hic amor attollendus est, in ea notione, quam tradidimus, continetur. Cum enim velit Dei Filius, amorem, quo nosmetipsos amamus, per generales condiciones suas, & principium, quod illius essentiam constituit, esse mensuram, normam, & exemplar charitatis, quæ erga proximos sumus afficiendi; vult etiam talem esse & per se serventem amorem, atque per constantiam suam. Ad constat generatim amorem, quo nosmetipsos fovemus, reliquorum amorum, qui nos hic in terris cum quopiam conjugere valeant, majorem esse, perfectiorem, potentiores, ad agendum paratiores, & quodammodo difficiliorem, qui dissolvatur: Talis ergo, ut jam diximus, data paritate, esse debet amor, quem a nobis exigit Deus erga proximum nostrum. Quamobrem non ait ille, proximum a nobis esse diligendum eo modo quo amicum ab amico diligitur, nec quo frater amatur a fratre; fraternalis enim amor (cuius in odium intersecinum convertitur: nec demum quo pater filium, vel filius patrem diligit: satis enim frequentia occurrunt odii, atque inimicitiarum exempla, quæ omnes etiam naturalis charitatis sensus extingunt; sed proximum amari jubet eo modo, quo nosmetipsos amamus; reliqui enim naturales amores huic uni cedunt, qui magnus est, ac simul constans, fortis, extensus, profundus, & vastus.

Sin autem, quia singula diligenter ad examen vocentur, scire cupimus, quam perfecta in semet hac virtus sit, iudicium ferre debemus ex eo præcepto, in quo a se illam ostendit haberi Dei Filius, qui hanc tanquam fundamentum legis suæ, & filium, atque characterem, ex quo veri ipsius agnoscuntur discipuli, constituit. Satis est etiam cum S. Paulo perpendere ipsam vinculum esse perfectionis: *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Ad Coloss. 13. Est sane illa simul connectit, continet, & conjungit plurimas virtutes, quæ sine illa minime exercebantur, patientiam, & humilitatem, in iniuriis misericordiam &c. Ita ut non solum in nostro corde charitas habitualis deficient, quam quidem deficiente certo scimus, ex quo aliquem ex fratribus nostris oderimus, & reliquæ virtutes nostræ, licet mixtæ æque insignes essent, meritum suum amittant, dissipantur, & evanescent: *Nihil mihi prodest:* verum etiam ea non præstemus proximo officia, quæ charitas ipsa suadet, illique defimus, quæ a nobis Deus præstat. Fraternalis charitatis officia, atque effectus adeo late patent, ut una illa plurimas peculiarias virtutes exerceat. Omnes secundæ Tabule leges ad ipsam pertinent; ideoque Apostolus, ubi eas recensuit, affirmat omnem præceptorum turban in hoc fraternali dilectionis mandato contineri: *Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diligis proximum tuum sicut te ipsum.* Dillectio proximi malum non operatur. *Plenitudo ergo dilectio est dilectio.* Nihil etiam nos prohibet, quominus affirmemus charitatem erga proximum absolute esse vinculum omnis perfectionis, quia non solum est amor proximi, sed propter effectum magnæ illius causæ, qua animatur, est etiam verus amor Dei, & hoc pacto facere nequit, quominus omnia conjungat: cum duplex hic amor sit tantquam centrum, quo leges omnes tendunt, & virtutes omnes collinant.

Cum omnis Christianæ Religionis perfectio in charitate ferme consistat, quæ omnium officiorum nostrorum est forma; hæc propterea virtus præ cæteris christianis virtutibus maxime ordinata esse debet; nihil enim in ipsa magis essentiale est, quam ordo. Hæc sunt, quæ unanimi, constanterque consensu hac in re docuere Theologi. 1. Hic ordo meritis diversis habet objecta ab eo summo principio, quo super cætera diligendum est. Itaque ubi de Deo agitur, atque de proximo, liquet. Verum proximo esse antelegeremus; quoniam Deum amare debemus magis, quam cætera; attamen cum ea bona officia, quæ proximo præstare possumus ad Deum ipsum aliquando pertineant; neque desint occasiones, ubi Deus ipse relinquendus est; ut fratribus inferiamus; hoc a S. Augustino *Tract. 17. in Joann.* assertur temperamentum. *Dei dilectio prior est ordine præcipienda, proximi autem dilectio prior est.*

*Quam perfecta sit hæc virtus, in semetipsa.*

*Ordo in proximi charitate servandus.*

BIBLIOTECA CENTRAL I.I.A.N.L.

est ordine faciendi. Hoc igitur primum præceptum est, Deum supra cetera amandum esse; in illum mentem, animamque nostram statim ferri debere, ac illum unum indefinenter cogitare. Cæterum si vult Deus, cultum suum deferri, vel potius differri, non ideo tamen relinquendus est amor, qui uni illi ante quodcumque objectum debetur, sed praxis officiorum fraternæ charitati adhaerentium, tunc pressius urget, atque ubi hæc adfit circumstantia, Deo ipsi, Dominorum omnium suavissimo, atque mitissimo placet magis, quam si his vacaremus exercitationibus, quæ magis directe ad ipsum referuntur. 2. Post Deum, nosmetipsos ante proximum debemus amare in his, quæ ad animam pertinent; sed ubi spirituale proximo concurrat bonum cum bono temporali quod ad nos ipsos referatur, tunc possumus, ac debemus nobismetipsos proximum anteferre, & nonnumquam etiam propriam vitam in discrimen adducere, ut spirituali fratrum incolanitati consulamus. Ad, si lubet, castitas, apud quos videtur esse occasiones, & circumstantias, ubi hoc liceat, vel deceat, & omnino faciendum sit: quæ ut de his istic dicentemur, ad examen esse diligenter revocandæ. Ubi occasiones adfint, in quibus temporalia tantum aguntur inter nos, fratresque negotia, ad ipsos, nosque solum pertinentia; charitas generosa est, lites non amat; plura sibi demandari petit; in nos austerius, commoda in alios, licet semper prudens, non utitur pro nobis eo jure prælationis, quod spectare velle possemus: sed in hoc etiam magis ostendit prudentiam suam, eligit enim, atque minutis lucellis antefert eam causam, quæ longe maiorem spirituale utilitatem complectitur. 3. Ubi diversarum personarum egestates concurrant, cæteris paribus, charitas operem suam regere debet, juxta sanguinis, vel affinitatis propinquitatem, amicitiam, patriam, alioque nexum magis, minufve arctos, communes, vel particulares, qui cum hominibus possunt occurrere. Cæteris inquam gradibus, alioquin habenda ratio est majorum egestatum, bonorum virorum, eorum, quibus magis devincti sumus, & occasione, ubi Deo majorem gloriam cesitaram prænocimus.

PARAGRAPHUS VI.

Loci delecti ex Affectibus libris, & Concionatoribus Neotericis.

Quam late patet charitatis præceptum.

**P**ræceptum charitatis est adeo universale, ut ne mo quis colere sese eodem explorare possit. Hæc legis est plenitudo, discipulæ essentia, summa Evangelii, atque ut cum Tertulliano loquar totius Christianæ Moralis compendium, ita ut Dominus cum Propheta dicere valeamus, *latum mandatum tuum nimis.* Arbor est in plures fese dividens ramos; charitas ipsa semper agit; pro his quidem laborat, pro aliis miseratione ducitur; pro his sese submittit, pro aliis sese attollit; erga alios mitis est, quin aliquid de suo jure concedat; erga alios auster, quin tanquam inimicos habeat; omnibus tanquam bona, & communis mater, benetica. *Frumentierum Sermonem de Episcopio consecratione.*

Duo hæc separari non possunt; si Deum diligo, oportet, & fratres diligam, seu quod ad ipsos Deus jus suum extendit, ut D. Chryllostomus inquit, seu quod amor meus JESU CHRISTI amorem imitaturus est, qui Patrem suum diligens, nos quoque dilexit, ut ait S. Augustinus. Fax est duos in uno illuminans cubiculos; si pro altero hanc facem extinguere velim, hanc pro altero quoque extinguam necesse est; eo quod æque illuminat utrumque: *Hoc mandatum habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Hoc idem præceptum est, idem amor; si Deum amo, & proximum amo, si proximum non amo, nec Deum amo, neque amplius in me illa charitas est, quæ animari necesse est.

Sæpe difficile est Deum in rebus creatis amare.

Quorum ait S. Joannes Apostolus: *Qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt quomodo potest diligere?* perinde ac dimicilius est amare Deum, quam proximum suum, & supernaturalis charitas non est fraternæ charitatis vel principium, vel exemplar? Videtur enim animæ cælesti lumine affata non esse valde operosum amare Deum, licet non videatur. Infinita illecebræ, quæ in hoc invisibili objecto affluenter abundant, adorabiles perfectiones, quæ in hoc Ente

summo bone, atque amabili elucunt, pulchritudo hæc semper vetus, & semper nova, majestas hæc propriæ essentia radiis circumornata altissimi, rapiuntque animam toto rationibus, ut licet miraculi habeatur loco, quod igne divino suffensa flagrat, prodigii instar habendum sit, inquit S. Bernardus, si eodem minime comburatur. Hoc vero non accidit, cum Deum in creatis rebus amare jubemur; his quippe paucissimæ sunt perfectiones, eoque etiam tot defectibus conjuncta; ut defectus ipsi magis contemendum efficiant animum, cui insunt, quam ab omnibus, quibus præditus est perfectionibus amabilis efficiatur. Quid enim difficultas est, quam has diligere perfectiones in egenis, vel ægrotantibus, ubi oculi nostri nihil non miseratione dignum intuentur, ubi aures nostras exultat, & quærelæ percussunt? Attamen quid hoc magis est necessarium? *Frumentierum Sermonem de Nostræ Dame des Anges.*

Si illi, qui nunquam antea Gallici Regis magnificas aedes vidisset, easque tandem intuitus percontaretur, cuius nam ea nobilis esset domus, responderetur: *Necis hoc Regis esse habitaculum?* At quid hæc verba significant? Numquid Regem unum ibi immorari? Haud ita potest. Quid enim ibi solus ageret? Significat ergo, eos omnes, qui ibi incolunt, peculiarem habere cum Rege ipso rationem, tanquam illius Domesticos, atque Ministros. Ita interrogantibus quisquam sit hoc cor? responderet: in parvuli huius adificii fronte eam perlegere epigraphem visibilibus inscriptam caracteribus: *Dominus ego sum.* Numquid ergo Deus unus eo in corde moratur? Numquid amicus, confanguineus, filius aditus omnis interclusus est? Haud ita sane, verum nihil illuc ingreditur, vel habitat ibi: vel potius nihil ibi immorandi jus obtinet, quod ad Deum minime referatur. Hæc est S. Francisca Saleffi similitudo. *P. Texter in Dominicali.*

Sciscitare ex Sancta Elisabeth Thuringia duce, ac Hungarici Regis filia, quid ipsa amabile invenit in leprosa ancilla, cujus curam ipsa gerere voluit; quam illa deprehendit illecebram in egeno infansulo, quem illa una pati potuit? Ipsa enim tibi reddet: ne ita loquaris; nonne inter hæc vulnera, tabidumque squalorem vides JESUM CHRISTUM? Hæc leprosa mulier divina specie coruscans mihi videtur; puer hic Domini mei cruce perfusus est. Sciscitare etiam ex toto piis hominibus charitatis igne irragantibus, quot amoris rationes, quot illecebras in ipsis pauperibus, & in vulneribus, sanie, taboque fluentibus inveniant? Reddet illi, hæc a te minime cognosci; se vero Fidei lumine illustratos videre hæc eodem amore dignissima, quem debent JESU CHRISTO. *Idem.*

*Ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* 1. Joan. c. 3. O christianæ Religionis Officium quam parum intellexeris! Illi profecto officium hoc minime intelligunt, qui ubi rogantur, ut aliquantum de suo jure decedant, ut asperum aliquod, cum quo vivere tenentur, ingenium patiuntur, ut aliqua erga proximum tranant indulgentia, superbe, ac iracunde respondent: quoniam hic aut ille? Cur illi cedam? cur illi, quod petis, elargiar? Volo, sciat, me illi nihil debere. O nos miseris! Hoc si verum est, fallum ergo est, quod S. Joannes affirmat, cum ait: *debetis.* Jure quidem interrogas; quoniam hic, aut ille? liquet enim a te non cognosci. Percontare primum ex Christiana Fide, quam profiteris, quoniam sit; reddet illa, hunc esse hominem, quem licet tibi gravis, & molestus videatur, proposito æternæ damnationis supplicio amare teneris. At enim nihil te huc debet ire, instas; at respondet Fides, si Christi Fidelis es, te illi pro odio amorem, & pro ingratitude beneficia debere: *Beneficite illi, qui odertat vos.* Matth. 25. JESUM interroga, quoniam hic sit, & dicet tibi, hunc esse hominem, cui ipse contulit, quidquid sibi debetur a te. Si ergo hunc nihil debes, ut ais; nihil ergo vel debuisti unquam, vel debes adhuc JESU CHRISTO. *Idem.*

Nihil nostra erga Proximum melius ostendit officia, quam mandatum illud, quo hunc tanquam nosmetipsos amare jubemur; hæc regula omnem tollit prætextum, omnem auferit dissimulationem. Quælo, enim, aliquid ne in mundo meliori fide diligitur, quam quavis a semetipso? Amor proptus nobis persuadet, nos multo meliores esse, quam

In Proximo stans est J. C., ut ille amoribus iactetur.

Ordo in charitate servandus.

constantem, immutabilemque ordinem constitutum fuisse in his, quæ pertinent ad charitatem; & quamvis ipse unicus sit nostræ dilectionis objectum, ac nosse futurum sit finis, quemadmodum est principium; hoc tamen non prohibet, quin alii aliis nobis finit propinquiores, alii aliis remotiores, quos amare nobis licet, & per quos opus est, ut affectus, & vota nostra tanquam per medium transeant, ut ad ipsum usque veluti finem extremum ascendant. Si quid enim extra illum dignum, quod propter ipsum non diligamus, ordinata non est nostra dilectio, quemadmodum docet Sanctus Augustinus. Itaque circa diversa hæc objecta certus est ordo, atque immutabilis, secundum quem diversos occupant gradus in cordibus nostris, & alia aliis preferenda sunt, quod officiorum nostrorum distinctionem, & inæqualitatem constituit. Deus igitur præcipuum objectum est, ac primum in charitate obtinet gradum; de his, quæ nobismetipsis debemus, non loquor; inde succedunt parentes, fratres, confanguinei, aliique. Hæc officia universalia sunt; nihil ea immutat, vel tollit; neque eorum aliquid aliis obesse potest. Accidit tamen sæpe, ut horum officiorum praxis, & eorumdem explendorum ratio aliquid inveniatur obicem, ita ut omnibus simul satisfacere nequeamus; ita ut subsidium, quod fratribus nostris cuperemus impendere, ab eo prohibeatur, quod ex nobis exigunt parentes; & cultus, quem Deo præstare debemus a quibuscumque exterioribus officiis non revocet. *Abbas Trappensis Tomo secundo de Monasticis Officiis.*

Præcipua charitatis officia.

Charitas non in eo solum posita est, ut Proximi mala prohibeat, verum etiam ut ei omnia bona præstet, quæ plurima potest. Charitas enim, teste S. Paulo, benefica est; efficitque ut Proximum in pretio habeamus, colamus, sincero amore proficimus, eique tesorem tum exultationem nostram de eodem cum laude, & honore loquentes, tum observantiam, officium cum eodem certantes, tum amorem omnino illi cupientes bona; ob ea, quæ possidet, lætantes, ea, quibus indiget, illi procurantes; nihilque eorum, quæ a nobis expectare possit, denegantes. *Pater Nepveu in Christianis considerationibus.*

Alia, quæ nobis CHRISTUS JESUS tradidit regula est Proximum nostrum ea charitate complecti, quæ nos ab eodem cuperemus amari, ipsumque eadem ratione excipere, quæ ab illo nos excipere peteremus. O divinum præceptum! Adeo vivum est Ethnico Principi admirabile, & æquum, ut satis validum esse censuerit argumentum ad Religionis nostræ veritatem, ac sanctitatem probandum. Hoc tuamur, & iusti, sanctique erimus. Hac in re norma ex nostro amore proprio desumenda est; qui licet inordinatus sit, illius tamen motus debemus consulere, & sequi; & licet injustus, efficiet tamen nos erga alios æquissimos. Cor igitur nostrum, eosque motus, quos pro nobismetipsis inspirat, consulamus; ubi cum Proximo aduri sumus, scipsum nosmetipsos interroge; alios asperos esse? me ab aliis contemi? mihi obiretari? me improbe illudi, & irrideri? levissimos etiam defectus meos in apricum proferri, & me ipso ex levi aliqua specie nequissimum iudicium ferri; alios defectus meos minime pati? infirmitatibus meis non indulgere? mei nullam rationem haberi? Nonne oppositum immo servari vobis? *P. Rapin libro cui titulus: Christiana Religio Spiritus.*

Præcipua officia Proximi, licet nosmetipsos.

Tertullianus ait, charitatem magnum esse Fidei Sacramentum. Significat autem, quemadmodum in Sacramentis Deum colimus sub figuris, quæ per se viles sunt, atque contemptibiles; ita præter propter in charitate, illum amandum esse in his etiam personis, quæ odio potius, & contemptu dignæ videntur. .... Si quis fuerit ergo, cur abs te peto amorem erga eum, quem odio, atque abominatione dignum arbitraris; respondebo, in illo magnum moralis nostræ Sacramentum contineri, cuius quidem ille cortex est, sub quo docet fides Deum delitescere voluisse. *P. Aurlantiensis Sermonem de amore Proximi.*

At enim hic homo, quem amare jubeor, nihil habet amabilitatis in se. Esto quidem, ac nonne satis est, Deum profiteri, eundem a se diligi, ut illum diligere tenearis? Quomodo autem cogitare potes, nihil amabile in eo reperiri, quem Deus tanta dilectione proficuitur? Potestne ille temere amare? Immo potestne aliter amare, quam infinita ratione ductus? O amplissimam eorum diligendorum rationem, quos ratio omnino nequaquam diligendos esse suadet? *Idem.*

Proximi charitas perfectionis est apex. Cum enim perfectio in Dei amore consistat, & Dei amor perfectus non sit, nisi cum sese extendit ad Proximum; satis liquet in perfectione, amorem proximi contineri, & sine hac proximi dilectione nullam esse perfectionem. Ita Deus nobis tradere volens perfectionis exemplar in primis nascentis Ecclesie Fidelibus, non meminisse fere virtutum aliarum præterquam quod ejus concordæ, propter quam dici poterat in ipsis. *Cor unum, & animam unam, Act. 4.* inveniri. Non loquar nisi de hac ardenti charitate, quæ omnia illorum bona communia reddebat, efficitque, ut divites bona sua vendiderunt, ne quis esset pauper. *Idem.*

Verus Christianismus subsistere nequit cum aliqua rerum earum, quæ Proximi charitatem everunt; non cum simulatibus, asperitatibus, aliorumque contemptu, immo neque cum amore frigescente, & quadam, ut ita dicam, indifferentia. Frustra mundo, & pompis, & comitiis illius abrenunciabis, si in eo, quem commisitis, cultu foretis adhuc odia, quæ patent, invidiam, quæ sese prodat, & seditiones, quæ scandalum asferunt. Frustra voluptates abdicabis, si rei vestre solliciti curatores ex eorum ellis numero, qui nullam habent alienæ utilitatis rationem. Frustra in precum vestrarum fervore devotio lacrymas elicit, si inter illos adscribendi estis, quorum impatentia, pravum ingenium, asperitas, ne unum quidem veræ lætitiæ momentum suis domesticis relinquant. *Idem.*

Si vere hoc spiritu charitatis animaremur, non adeo maledicti in colloquiis essemus, non adeo in irrisionibus aculeati, non adeo aliorum contemptores in officijs, non adeo censes in iudiciis, & asperi in verbis; nequaquam oblectaremur hujus quidem defectus in lucem profertentes, illum ad iracundiam provocantes, eos, qui nobis displicent, contumelias afficientes. .... Alienæ infirmitatis miseri, ac ferentes invicem, ut ait S. Paulus, multos defectus, ea, quæ displicent vitaremus, hominum ingenijs parceremus, infirmiorum rationem haberemus, ne alteri graves essemus, cavereamus; non solum a nobis, quod ignoratur, nimia cura non perquiretetur, sed eorum etiam, quæ novimus, oblivisci conaremur; non solum ea, quæ non sunt, conjectando non divinaremus; sed iis etiam, quæ sunt, oculos clauderemus; non solum virus iis, quæ culpa vacant, non immisceremus; sed ipsi etiam, quæ violentia sunt, dulcedinem, ac salubritatem asferre studeremus; & non solum nostris questibus, & clamoribus insanabile malum non feret, cui quidem patientia, & dissimulatione mederi possent; sed patientia, & dissimulatione nostra antidotum pararemus contra odium, & mala, quæ illud subsequuntur. *Idem Sermonem de misericordia.*

Charitas, ut vera sit, alienis malis affici debet, eorumque miserecere. Gloriabatur Job, miserationem se cum genitum fuisse, & secum ab adolescentia crevisse. Sive hæc innata esset indolis ipsius bonitas, seu futurarum ærumnarum præsentia, quo plures ærumnosos intuebatur, eo majori miseratione cor ipsius frangebatur. Deus per Prophetam suum nobis, & misericordiam, & miserationes præscribit; supponit autem nobis plures esse miserationum species, & plura corda erga proximum, sive

Deus in Proximo considerandus.

In Proximo charitas perfecta est.

Defectus charitatis oppositi.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

